PHILOLOGICARUM EXERCITATIONUM

IN

ATHENAEI DEIPNOSOPHISTAS

SPECIMEN PRIMUM.

Athenaei Deipnosophistis recenti memoria nemo est qui utiliorem operam impenderit Guilelmo Dindorfio. is enim excussis denuo antiquissimis editionibus collatisque duobus codicibus, quorum alter ad Veneti fidem et praestantiam proxime accedit, adiutusque recentiorum criticorum inprimis Anglorum emendationibus innumeras superiorum exemplarium maculas detersit et quod maxime optandum erat, omnem lectionis varietatem vastis Schweighaeuseri commentariis fere obrutam et obscuratam ita disposuit et communi usui exposuit, ut eorum studiis, qui intentiorem curam doctissimo scriptori navare voluerint, optime praelusisse censendus sit. in his quum ego quoque (Com. graec. III p. 644) nomen meum professus sim, per hanc scribendi opportunitatem particulam commentariorum meorum speciminis loco publice proponere haud cunctatus sum. Quod hic illic aliena vel certe a proposito consilio paullo remotiora immiscui, tali quidem qualis haec est scriptiunculae facile condonabitur.

Athenaeus I p. 4 d. Κλεάνθης δὲ ὁ Ταραντῖνος, ὥς φησι Κλέαρχος, πάντα παρὰ τοὺς πότους ἔμμετρα ἔλεγε, καὶ Πάμφιλος δὲ ὁ Σικελός, ὡς ταῦτα·

Ἔγχει πιεῖν μοι, καὶ τὸ πέρδικος σκέλος,
ἀμίδα δότω τις· ἢ πλακοῦντά τις δότω.

Non intelligitur quo pacto ista Cleanthes vel Pamphilus sic coniuncta pronunciare potuerit. Itaque nescio an ita haec distinguenda sint: „ἔγχει πιεῖν μοι" „καὶ τὸ πέρδικος σκέλος" „ἀμίδα δότω τις" ἢ „πλακοῦντά τις δότω". Quae

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

singula sunt comicorum poetarum dicta, nisi quod quae secundo loco posita vides, καὶ τὸ πέρδικος σκέλος, ex proverbio petita sunt, quo lepide usus esse fertur Hegemo Thasius, qui sicubi parodias ludenti haerebat aqua, subiicere solebat καὶ τὸ Πέρδικος σκέλος, cui non habeo quod aptius comparari possit quam illud Euripidis Aristophanei ληκύθιον ἀπώλεσα. Rem narrat Append. Prov. Gotting. II, 65. Ἐν παντὶ μύθῳ καὶ τὸ Πέρδικος σκέλος: ἐπὶ τῶν κατὰ ἀπορίαν λόγου παρελκούσῃ χρωμένων τῇ προσθήκῃ. Πέρδιξ γὰρ ἦν τις Ἀθήνησι χωλὸς κάπηλος, οὗ διαβεβοημένου Ἡγήμων ὁ Θάσιος ὁπότε παρῳδῶν ἀπορήσειε προσετίθει „καὶ τὸ Πέρδικος σκέλος". Fuerunt etiam aliae eius proverbii formae, veluti καὶ τὸ Δαιδάλου μύσος, de quo vide Zenob. IV, 6. et καὶ τὸ Κήπιδος σκέλος, cuius unum testem habemus Hesychium, Κήπιδος σκέλος: παροιμιῶδες ἦν (add. κατὰ) τὸ Πέρδικος σκέλος. Quod item ex comico poeta, qui Cepidem, fortasse illum Adimanti patrem a Platone Protag. p. 315 e. memoratum ridere voluit, derivatum esse suspicor. Quod Hegemo Thasius proverbio illo sic ut supra indicatum est usus fertur, documento esse videtur, non hexametras tantum sed iambicas etiam parodias dicacem virum fudisse. Cfr. Athen. IX. p. 407 a. Clearchus autem, quem antestatur Athenaeus, illa de Pamphilo et Cleanthe in libris περὶ παροιμιῶν tradidisse videtur.

I p. 8 e. ἵνα κἀγὼ τὸ στεγανόμιον κομίζων παραγένωμαι. „Ἄκαπνα γὰρ αἰὲν ἀοιδοὶ θύομεν". Haec primitiva huius non tam proverbii quam sententiae ex epico poeta ductae forma est, quam praeter alios minus integre reddidit Eustathius Prooem. Pind. ed. Schneidew. p. 23. Δελφόσε δὲ ἐρωτηθεὶς τί πάρεστι θύσων, παιᾶνα, εἶπε· — πρὸς ὃ συλλαλεῖ καὶ ὁ γράψας, ὡς ἄκαπνα θύουσιν ἀοιδοί. Ubi quem Schneidewinus affert Philodemum in Volum. Hercul. I. p. 95, 10. βραχεῖαν δὲ τὸ μέλος ἔχει σύνθεσιν, καὶ τὸν Πίνδαρον οὕτω νομίζειν, ὅτ' ἔφη θύσων ποιήσεσθαι διθύραμβον, in eo pro θύσων scribendum est quod sententia flagitat θυσίαν.

I p. 13 b. Halieuticorum versibus scriptorum auctores recensentur Caecilius Argivus, Numenius Heracleota, Pancrates Arcadius, Posidonius Corinthius, Oppianus Cilix. In horum poetarum recensu quum manifesto Athenaeus temporum ordinem sequutus sit, dubitari potest num qui primo loco memoratur poeta recte appelletur Καικίλιος, quo nomine Argivus scriptor Numenio, qui ante Nicandrum vixit, aetate superior uti non potuit. Accedit quod haec nominis forma a Reinesio demum invecta est. Libri

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

enim Καίκλος scriptum habent, quo nihilo melius est quod Suidas et Eudocia praebent Κικίλιος. Verum viri nomen fortasse Καίκαλος vel Κέκαλος fuit, cuius exemplum habemus apud Thucydid. IV, 119. Μεγαρέων δὲ Νίκασος Κεκάλου. De Numenii, cuius Halieutica frequenter ad partes vocat Athenaeus, aetate quod dixi, nitebar indicio scholiastae ad Nicandri Ther. 237. μεταπεποίηται δὲ ἐκ τοῦ Νουμηνίου· ὑπόχλωρόν γε μὲν ἕλκος κυκλαίνει, τὸ δὲ πολλὸν ἀνέδραμεν αὐτόθεν οἶδος. Ita enim hi versus scribendi videntur, quos ex Theriacis Numenii petitos suspicor, quorum notitiam debemus eidem scholiastae Nicandri ad Ther. 637. ὅτι δὲ δύο εἴδη (ἐχιείου) μαρτυρεῖ καὶ Νουμήνιος ἐν τοῖς Θηριακοῖς. Ad idem carmen refero haec quantumvis corrupta apud schol. l. l. 257.

ἄνθεσσί γε μὲν εἴδετ' ἐπ' ἰχώρ
ἠερόεις, τοτὲ δ' αὖ μολίβῳ ἐναλίγκιον εἶδος
ἀμφί ἑ κυδαίνει χάλκῃ ἴσον.

Cfr. idem ad vs. 518. Hunc autem Numenium, Theriacorum auctorem, ab eo qui Halieutica composuit non diversum fuisse ex eo intelligitur, quod hunc Dieuchis dogmatici medici (Sprengel. Hist. art. med. I. p. 496) discipulum fuisse tradit Athenaeus I. p. 5 a. De Pancrate Arcadio disseruit nuper Th. Bergkius Museo Rhen. nov. I. p. 355.

I p. 32 b. Simonides: Ἦν γὰρ ἔπος τόδ' ἀληθές, ὅτ' οὐ μόνον ὕδατος αἶσαν, ἀλλά τι καὶ λέσχης οἶνος ἔχειν ἐθέλει. Scribendum ἦν ἄρ' ἔπος, de quo etiam Hermannum admonere memini. Ita enim constanter haec formula effertur. Neque Euripides Danaes Fragm. X. scripsit ἦν γάρ τις αἶνος, ὡς γυναιξὶ μὲν τέχναι μέλουσι, sed ἦν ἄρα τις αἶνος. Alia huius dictionis forma haec est, qua ἦν ἆρα scribitur, cuius indubia exempla habemus Moschionis tragici apud Stobaeum Flor. CXIV, 9. ἦν ἆρα τρανὸς αἶνος ἀνθρώπων ὅδε, Cratini in Fragm. Comic. Vol. IV. p. 876. ἦν ἆρ' ἀληθὴς ὁ λόγος ὡς δὶς παῖς γέρων, Diogen. Laert. II, 110. οὐκ ἆρα μῦθος ἦν ἐκεῖνος εἰκαῖος. Similiter variatur in formula ἔμελλον ἄρα, quod ἔμελλον ἆρα scribitur Aristoph. Acharn. 347. ἐμελλετ' ἆρ' ἅπαντες ἀνασείειν βοήν, et Nub. 1301. ἔμελλόν σ' ἆρα κινήσειν ἐγώ. Quae non recte attentasse videtur Hermannus Praef. ad Sophoclis Oed. Col. p. XXII. sq. Adde Vesp. 460 ἆρ' ἐμέλλομεν ἀποσοβήσειν.

II p. 36 c. d. Epicharmi fragmentum apud Dindorfium ita editum est:

Ἐκ μὲν θυσίας θοίνη * *
ἐκ δὲ θοίνης πόσις ἐγένετο. Β. χάριεν, ὡς γέ μοι * *

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A. ἐκ δὲ πόσιος κῶμος, ἐκ κώμου δ' ἐγένετο θυανία·
ἐκ δὲ θυανίας δίκη [γένετ', ἐκ δίκης δὲ καταδίκη,]
ἐκ δὲ καταδίκης πέδαι τε καὶ σφάκελος καὶ ζημία.

Ab ultimo versu ut ordiar, σφάκελος et metro officit neque ad sententiam accommodatum est. Verissima est Bocharti emendatio σφαλός, a Schweighaeusero memorata, a Dindorfio neglecta. Pollux VIII, 72. σφαλὸς τὸ δεσμωτικὸν ξύλον ἐκαλεῖτο. Hesychius, Σφαλός: ἔστι γὰρ ποδῶν δεσμωτικόν. οἱ δὲ κορμόν. ἢ δίσκον. ἄλλοι δὲ δισκοειδές τι σκεῦος μολύβδινον, ἔχον κρίκον, ὃ δεσμοῦντες ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν ῥίπτουσιν ἐν τοῖς ἀγῶσιν (*). Photius p. 21, 13. Ἐσφάλιζεν (leg. ἐσφάλιξεν): ἠσφάλισεν, ἔσφηλεν, ἔδησεν. οὕτω καὶ πέδαις δῆσαι πεδῆσαι. Qui aut σφαλίζειν et σφάλλειν confudit, aut pro ἔσφηλεν ἔδησεν scripsit ἐν σφαλῷ ἔδησεν, quod sequentia commendare videntur. Primo versu nisi pro θυσίας aliud nomen Epicharmus posuerat, suspicari possis, ἐκ δὲ θυσίας γέγονε θοίνη [νὴ Δία], ut aliud quid praecesserit, ex quo θυσία nasci dicatur. Vs. 2. recte Dindorfius supplevit δοκεῖ. Versu tertio scribendum cum Dobraeo ἐγένεθ' ὑανία, et sequente ἐκ δ' ὑανίας. Hesychius, Συανία: λοιδορία καὶ ἡ διὰ χειρὸς μάχη. Idem, Ὑανία: τύρβη, μάχη, ὕβρις, ἀγερωχία. Verba uncinis inclusa ex coniectura addidit H. Stephanus; nec dubium est quin quid exciderit recte intellexerit. Sed dactylus offensionem habet. Scribendum potius δίκη, 'κ δίκης δ' ἐγένετο καταδίκη. Ac favet quodammodo huic emendationi Suidas v. οἶνος, ubi haec ita scripta sunt ἐκ δὲ θυανείας δίκη. ἐκ δὲ δίκης πέδαι τε κ. τ. λ. Itaque fragmentum hoc, restitutis formis doricis, inde a secundo versu ita fere exhibendum est:

ἐκ δὲ θοίνας πόσις ἐγένετο. B. χάριεν, ὥς γ' ἐμὶν δοκεῖ.
A. ἐκ δὲ πόσιος κῶμος, ἐκ κώμου δ' ἐγένεθ' ὑανία,
ἐκ δ' ὑανίας δίκα, 'κ δίκας δ' ἐγένετο καταδίκα,
ἐκ δὲ καταδίκας πέδαι τε καὶ σφαλὸς καὶ ζαμία.

Ceterum, ni coniectura fallit, eundem hunc Epicharmi locum respexit Aristoteles Gener. anim. I, 18: πολλαχῶς γίγνεται ἄλλο ἐξ ἄλλου· ἕτερον γὰρ τρόπον, ὡς ἐξ ἡμέρας φαμὲν νὺξ γίγνεται καὶ ἐκ παιδὸς ἀνήρ, ὅτι τόδε μετὰ τόδε· ἄλλον δὲ τρόπον, ὡς ἐκ χαλκοῦ ἀνδριὰς καὶ ἐκ ξύλου κλίνη. ἕτερον δὲ τρόπον, ὡς ἐκ μουσικοῦ ἄμουσος καὶ ὡς ἐξ ὑγιοῦς κάμνων καὶ ὅλως τὸ ἐναντίον ἐκ

(*) Itaque σφαλὸς etiam disci genus fuit. Neglexit haec G. P. Philippi Dissert. de Pentathlo p. 43.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

τοῦ ἐναντίου. ἔτι δὲ παρὰ ταῦτα ὡς Ἐπίχαρμος ποιεῖ τὴν ἐποικοδόμησιν, ἐκ τῆς διαβολῆς ἡ λοιδορία, ἐκ δὲ ταύτης ἡ μάχη, ταῦτα δὲ πάντα ἔκ τινος ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως. τῶν δὲ τοιούτων ἐνίων μὲν ἐν αὐτοῖς ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεώς ἐστιν οἷον καὶ ἐν τοῖς νῦν εἰρημένοις (μέρος γάρ τι ἡ διαβολὴ τῆς πάσης ταραχῆς ἐστίν), ἐνίων δ' ἔξω κ. τ. λ. Quibus similia leguntur Rhet. I, 7. Cfr. Metaph. IV, 24. οἷον ἐκ τίνος ἡ μάχη; ἐκ λοιδορίας, ὅτι αὕτη ἀρχὴ τῆς μάχης. Haec si recte ad nostrum Epicharmi locum rettuli, apertum est vocabulum ὑανία Aristotelem prorsus ut fecit Hesychius, interpretatum esse per μάχη. Nec minus recte idem Epicharmeo κῶμος substituit λοιδορία. Nisi forte μῶκος scripsit Epicharmus. Difficilius explicatu est, quo pacto Aristoteles πόσις per διαβολή interpretari potuerit, quod adeo mirum est, ut nisi hominem accuratissimum memoria lapsum credere volumus, aliud quid ab Epicharmo scriptum esse suspicari liceat; quod quale sit forsan acutiores eruent. Ac habet sane illud πόσις in quo offendere possis: vix enim alias eo quo hoc loco legitur sensu de compotatione dictum reperias; quo accedit quod πόσις vix satis commode ἐκ θοίνης γενέσθαι dici potest, quoniam θοίνη simul πόσιν tanquam speciem comprehendit.

II p. 43. d. Ἀριστόβουλος δ' ὁ Κασανδρεύς φησιν ἐν Μιλήτῳ κρήνην εἶναι Ἀχίλλειον καλουμένην - - - ἀφ' ἧς οἱ Μιλήσιοι περιρράνασθαί φασι τὸν ἥρωα, ὅτε ἀπέκτεινε Τράμβηλον τὸν τῶν Λελέγων βασιλέα. Fontem Achilleum apud Miletum ex hoc uno loco cognitum habemus; nec tamen dubitandum videtur quin vera tradiderit Aristobulus, quum etiam oppidum ab Achille appellatum iisdem regionibus fuisse coniicere liceat e Xenophont. Hell. IV, 8, 17. ὁ δὲ (Thibronem dicit) διαβάς τε καὶ ὁρμώμενος ἐξ Ἐφέσου τε καὶ τῶν ἐν Μαιάνδρου πεδίῳ πόλεων Πριήνης τε καὶ Λευκόφρυος καὶ Ἀχιλλείου, ἔφερε καὶ ἦγε τὴν βασιλέως. Ubi Schneiderus, si locorum situm paulo curiosius contemplari voluisset, facile vidisset notum illud in agro Troiano oppidum Achilleum intelligi non posse. Cfr. Xenophon l. l. III, 2, 17. ubi itidem cum Priene coniungitur. Ab eo diversum fuit Ἀχίλλειον φρούριον in Smyrnaeorum agro situm, si fides Stephano Byzant. v. Ἀχίλλειος δρόμος. De Trambelo, qui ab aliis Telamonis filius fuisse dicitur, vide Anal. Alexandr. p. 57.

II p. 50. f. Ἀγῆνα σατυρικόν τι δρᾶμα ἀμφιβάλλεται εἴτε Πύθων ἐποίησεν ὁ Καταναῖος ἢ Βυζάντιος ἢ καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς Ἀλέξανδρος. De Pythonis Byzantii notissimi hominis patria quum nulla unquam dubitatio fuerit,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

apertum est interposito articulo scribendum esse ἢ ὁ Βυζάντιος, quemadmodum est XIII, p. 595. e. ὁ τὸν Ἀγῆνα τὸ σατυρικὸν δραμάτιον γεργαφώς, ὅπερ ἐδίδαξε Διονυσίων ὄντων ἐπὶ τοῦ Ὑδάσπου τοῦ ποταμοῦ, εἴτε Πύθων ἦν ὁ Καταναῖος ἢ ὁ Βυζάντιος ἢ καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεύς. Cfr. p. 586 f. εἴτε Πύθων ἐστὶν ὁ Καταναῖος ἢ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς Ἀλέξανδρος, ubi post ὁ Καταναῖος excidisse videtur ἢ ὁ Βυζάντιος. Inscriptio huius fabulae quo spectaverit incertum est. Schweighaeusero enim ipsum Alexandrum Agenis nomine significari suspicanti parum favet fragmentum ab Athenaeo XIII, p. 596 b. servatum, ubi Harpalus non minorem frumenti copiam Atheniensibus donavisse dicitur quam Agen, quod de Alexandro nullo pacto dici potuit. Nomen Ἀγῆν, ex hoc ipso opinor dramate ab Arcadio p. 8, 19. memoratum, ex eorum nominum genere est, de quibus Lobeckius Paral. p. 191 sqq. disseruit, quibus vide an addendum sit non lectum sane alias nomen λέσχην seu λεσχήν, quod Timoni Phliasio restituendum suspicor apud Diogen. Laert. IX, 40.

Οἷον Δημόκριτόν τε περίφρονα ποιμένα μύθων
ἀμφίνοον λέσχην, ἃ μετὰ πρώτοισιν ἀνέγνων.

Vereor enim ut probari possint quae de his versibus scripsit Augustus Mullachius Quaest. Democrit. II p. 3. qui Timonem ἀμφινόων λεσχῶν scripsisse suspicatur hac sententia: Qualis fuit cordatus ille Democritus, auctor verborum dictorumque prudentiae plenorum, quae inprimis lectitavi. Mihi poeta ἀμφίνοον λεσχῆνα μετὰ πρώτοισιν ἀνέγνων scripsisse videtur, i. e. subtilem disputatorem. Eum igitur in principibus sese eius philosophorum agminis quod describit conspexisse dixit. Neque enim dubito quin illud Timonis fragmentum ex ea Sillorum parte petitum sit, quam ad Homericae Νεκυίας formam institutam fuisse suspicor; cui coniecturae praeter alia fidem faciunt quae leguntur apud Diogenem Laert. VII, 15. de Zenone Citiensi:

Καὶ Φοίνισσαν ἴδον λιχνόγραυν σκιερῷ ὑπὸ τύφῳ
πάντων ἱμείρουσαν —

et quae de Archelao idem habet Diogenes IV, 42.

Ὡς εἰπὼν ὄχλοιο περίστασιν εἰσκατέδυνεν.
οἱ δέ μιν ἠὔτε γλαῦκα πέρι σπίζαι τερατοῦντο
ἠλέματον δεικνύντες.

Quibus adde quae Diogenes de Platone servavit III, 7.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατύστατος, ἀλλ' ἀγορητὴς
ἡδυεπὴς τέττιξιν ἰσογράφος, οἵ θ' Ἑκαδήμου
δένδρει ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσιν.

Et de Heraclito atque Empedocle IX, 6 et VIII, 67:

Τοῖς δ' ἔνι (ἔπι?) κοκκυστὴς ὀχλολοίδορος Ἡράκλειτος
αἰνικτὴς ἀνόρουσε, καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἀγοραίων
κηλητὴς ἐπέων —

Denique de Anaxarcho apud Plutarchum de virt. mor. p. 446 c.

Ἓν δὲ τὸ θαρσαλέον τε καὶ ἐμμανὲς ὅππῃ ὀροῦσαι (leg. ὀρούσαι)
φαίνετ' Ἀναξάρχου κύνεον μένος κ. τ. λ.

Cuius loci partem non nominato auctore attulit idem Plutarchus de vit. pud. p. 529 a. et Sympos. p. 705 f. Ad nostrum de Democrito locum ut redeam, cum eo forsan coniungendi sunt versus de Pythagora apud Diogen. VII, 36.

Πυθαγόρην τε γόητος ἀποκλίναντ' ἐπὶ δόξαν
θήρῃ ἐπ' ἀνθρώπων σεμνηγορίης ἀριστήν.

Quibus rursus connectenda videntur quae de Parmenide, Zenone Eleata et de Melisso habemus apud eundem IX, 23 et 25:

Παρμενίδου τε βίην μεγαλόφρονα τὴν πολύδοξον,
ὅς ῥ' ἐπὶ φαντασίας ἀπάτης ἀνενείκατο νώσεις.
Ἀμφοτερογλώσσου τε μέγα σθένος οὐκ ἀλαπαδνόν
Ζήνωνος πάντων ἐπιλήπτορος, ἠδὲ Μελίσσου
πολλῶν φαντασμῶν ἐπάνω παύρων γε μὲν ἥσσω.

Quorum postrema vitiose scripta sunt; pro Μελίσσου malim Μέλισσον.

II. p. 59 c. Epicharmi versus a Dindorfio ex Grotii et Koenii (ad Gregor. p. 281) coniectura ita editus est ὑγιέστερον τῆν' ἐντὶ κολοκύντας πολύ. Libri ὑγιέστερόν τ' ἦν ἔτι. Sed ἔντι pro ἔστι non dixit Epicharmus. Itaque recte Grotius ἐστι pro ἔτι scripsit. Praeterea haereo in neutro ὑγιέστερον τῆνο, siquidem huius proverbii haec forma fuit, ut homo praecipue sanus cucurbita sanior diceretur. V. Photium et Suidam s. v. ὑγιέστερος μφακος. Cfr. Diphilus in Comic. graec. IV, p. 420.

ἐν ἡμέραισιν αὐτὸν ἑπτά σοι, γέρον,
θέλω παρασχεῖν ἢ κολοκύντην ἢ κρίνον,

i. e. ἢ ὑγιᾶ ἢ τεθνηκότα. Neque obstat Sophron apud Etymol. M. p. 774, 41. ὑγιώτερον κολοκύντας, in quo ὑγιώτερον accusativus est, suspensus ille a

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

verbo ἀποδείξω vel simili quodam. Itaque Epicharmi versum ita scribi malim: ὑγιέστερος θήν ἐστι κολοκύντας πολύ.

II p. 66 e. Νίκανδρος Θηριακοῖς Ἢ καὶ λεπτοθρίοιο πολύχνοα φύλλα κονύζης (*). Leguntur haec eodem modo scripta in Ther. 875. Itaque Nicander θρίον penultima correpta dicere non dubitavit pro θρῖον. Sed Nicander in syllabarum mensura etiam alia sibi permisit a reliquorum poetarum usu aliena. Ex hoc genere est quod non tantum πρίων Ther. 52. sed etiam νεαλὴς Alexiph. 358. 364. 471. γερύνων Alex. 576. Ther. 620 et ῥαδαμνούς Alex. 92. penultima brevi dicere non veritus est. Nec minorem sibi licentiam sumpsit in mensura verborum βάλσαμον Ther. 947. si sana est lectio δείδιθι Alexiph. 443. σίσυμβρα Ther. 396. μύουρος Ther. 287. aliorumque. At quod idem Alexiph. 446 ἄμμιγα ποιπνύων Ὑμηττίδος, in Ὑμηττίς primam produxit, in eo ab aliorum exemplo poetarum descivisse non putandus est. Dosiades Anth. Pal. XV, 25, 21. Ὑμηττιαδᾶν πολὺ λαροτέρην σπονδήν. Nonnus XIII, 183. γείτονος Ὑμηττοῖο μελισσήεντας ἐναύλους. Stephanus Byz. p. 727. Ὑμηττός. τὸ υ μακρὸν καὶ βραχύ. Atque hinc est quod apud Hesychium II p. 1449 duplicata ametabolo Ὑμμηττὸς scriptum reperitur.

II p. 57 f. οὐκ εὖ δὲ Νεοκλῆς ὁ Κροτωνιάτης ἔφη ἀπὸ τῆς σελήνης πεσεῖν τὸ ᾠὸν ἐξ οὗ τὴν Ἑλένην γεννηθῆναι. De caelo lapsum esse ex quo Helenam exclusam ferebant ovum praeter Neoclem etiam veteres poetas tradidisse ex Plutarcho cognoscitur Sympos. II, 3, p. 637 b. καὶ τὸ Τυνδάρειον (ᾠὸν) οἱ ποιηταὶ λέγουσιν οὐρανοπετές ἀναφανῆναι. Sequuntur apud Athenaeum ex eodem Neocle haec: τὰς γὰρ σεληνιτίδας γυναῖκας ᾠοτοκεῖν καὶ τοὺς ἐκεῖ γεννωμένους πεντεκαιδεκαπλασίονας ἡμῶν εἶναι, ὡς Ἡρόδωρος ὁ Ἡρακλεώτης ἱστορεῖ. Haec de mirabili foecunditate lunae Herodorus in libro quem de rebus Herculis scripsit exposuisse videtur, et eo quidem loco ubi de leone Nemeaeo agebatur, quem fuisse qui ex luna in terram delapsum esse dicerent docui Anal. Alexandr. p. 85. (**). Atque Herodorum eiusdem fuisse opinionis,

---

(*) E Theriacis Nicandri quae affert Etymol. M. p. 27, 51. Αἰγοφάγος ὁ Ζεύς, ὡς παρὰ Νικάνδρῳ ἐν Θηριακοῖς, ea in nostris exemplaribus frustra quaeras. Sed scribendum videtur ἐν Θηβαϊκοῖς, quorum librum tertium laudat Schol. Ther. 214.

(**) Locis ibi allatis adde Plutarch. Fac. Lun. p. 937 f. οὐκοῦν εἰ λέων τις ἔπεσεν ὑπὸ ῥύμης εἰς Πελοπόννησον, ἄξιόν ἐστι θαυμάσαι, ἀλλ' ὅπως οὐ μυρία ὁρῶμεν ἀεὶ πεσήματα ἀνδρῶν καὶ ἀπολακτισμοὺς βίων. In his tragici poetae latet trimeter πεσήματ' ἀνδρῶν κἀπολακτισμοὶ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sive potius eandem fabulam memorasse diserto constat Tatiani testimonio Orat. c. Graec. XLV, p. 98. πῶς οὐκ ἠλίθιον πείθεσθαι τοῖς Ἡροδώρου βιβλίοις περὶ τοῦ καθ' Ἡρακλέα λόγου, γῆν ἄνω κηρύττουσιν κατεληλυθέναι τε ἀπ' αὐτῆς λέοντα τὸν ὑφ' Ἡρακλέους φονευθέντα. De Herodori illo libro post Heynium ad Apollodorum diligenter exposuit Weichertus de Vita et scriptis Apollon. Rhod. p. 157 sqq. et Müllerus Dor. II, p. 464 sqq. Nomen huius scriptoris passim in Ἡρόδοτος corruptum esse constat, velut in ipso illo Tatiani loco, cui Herodori nomen primus reddidit G. Worth. Adde aliud exemplum ex Apollonio Lex. Hom. p. 72, 22. ἐπιβώτορι μήλων ἤτοι βοσκήτορι, οἷον ἐφιππαστῆρι· οἱ τῶν βασιλέων υἱοὶ πρῶτον ἐπὶ κριῶν εἰώθασιν ἐπιβαίνειν, ὡς καὶ Ἡρόδοτός φησιν. In his Blomfieldus ad Callimachi H. in Jov. 80. pro Ἡρόδοτος scripsit Ἡρωδιανός. At corrigendum potius Ἡροδώρος, qui illum regiorum puerorum morem attigerat sine dubio in Argonauticis, ubi de Phrixo et ariete exponebat. Praeter Heracleam et Argonautica scripsit Herodorus Πελοπείαν laudatam a Schol. Pindari Pyth. XI, 25. τὸν δὲ Ὀρέστην ἐκκλαπέντα εἶναι τριῶν ἐτῶν ὡς Ἡρόδωρος ἐν Πελοπείᾳ, quam non recte Weichertus operis de Hercule partem fuisse statuit. Ad hunc librum refero hoc apud Athenaeum VI, p. 231 c. τὴν Ἀτρέως δὲ χρυσῆν ἄρνα, περὶ ἣν γεγόνασιν ἡλίου τε ἐκλείψεις καὶ βασιλέων μεταβολαὶ ἔτι τε τῆς τραγῳδίας ἡ πολλή, φιάλην ἀργυρᾶν φησι γεγονέναι Ἡρόδωρος ὁ Ἡρακλεώτης ἔχουσαν ἐν μέσῳ ἄρνα χρυσῆν. Quo exemplo quam rationem in fabulis explicandis Herodorus sequutus sit luculente intelligitur.

II, p. 70 f. Epicharmus non indicata fabula: μάραθα τραχέες τε κάκτοι, τοὶ σὺν ἄλλοις μὲν φαγεῖν ἐντὶ λαχάνοις εἰς τοπιον. αἴκα τις ἐντρίψαις καλῶς παρατιθῇσιν, ἁδύς ἐστ', αὐτὸς δ' ἐφ' αὑτοῦ χαιρέτω. Adscripsi haec prout emendata sunt a Dindorfio, qui recte ea ex duobus exemplis conflata esse statuit. Pro εἰς τοπιον, quod intactum reliquit Dindorfius, scripsisse videtur Epicharmus εἰς τὸ πιέν, ut cactus ad potum utilis esse dicatur. Qui proxime sequitur apud Athenaeum eiusdem poetae versus,

ὁ δέ τις ἀγρόθεν ἔοικε μάραθα καὶ κάκτους φέρειν,

eum ex fabula Γᾶ καὶ Θάλασσα inscripta petitum esse coniicio ex fra-

---

βίων, ab editoribus, ut videtur, non animadversus. Eo iterum utitur Plutarchus de Curios. p. 517 f. ἐνταῦθα γὰρ ἔνεισι πεσήματα ἀνδρῶν καὶ ἀπολακτισμοὶ βίων, φθοραὶ γυναικῶν, ἐπιθέσεις οἰκετῶν.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gmento apud Etymol. M. p. 77. Ἀμάμαξυς: ἡ ἀναδενδράς. Ἐπίχαρμος ἐν Γῇ καὶ Θαλάσσῃ Ὁ δ' ἀμαμάξυας φέρει. Ita enim scribendum. Videntur autem in hac fabula nuptiae celebratae esse, ad quas sua quisque convivarum apportabat munera. Similis fuit earum Epicharmi fabularum compositio, quas ab Hebae nuptiis inscripserat.

III p. 72 a. Nicander in ecloga ex Georgicis: τὰ δὲ πεπτηῶτα ἀκμαίου καρποῖο κιβώρια. Respexit haec schol. Dioscoridis in Matthaei Medic. graec. p. 362. Αἰγύπτια κιβώρια, ὧν μέμνηται Νίκανδρος Γεωργικοῖς, ὡς Ἑλλάδιος ἐν χρίσει φησίν. Ubi χρίσει ex χρηστομαθίᾳ corruptum videtur, cuius operis iambicis senariis comprehensi excerpta servavit Photius Bibl. cod. 279. Neque aliunde petita sunt quae leguntur apud Scholiasten Euripidis Med. 610.

III p. 86 a. τῶν στραβήλων μνημονεύει καὶ Σοφοκλῆς ἐν Καμικίοις οὕτως· Ἁλίας στραβήλου τῆσδε, τέκνον, εἴ τινα δυναίμεθ' εὑρεῖν. Pro τῆσδε forsan τῇδε scribendum. Genitivi pendent a verbo quod in superioribus adfuit: nisi scripsit poeta στραβήλους τῇδε τέκνον εἴ τινας —

III p. 94 e. Χοδρῶν τε μέμνηται Ἐπίχαρμος, ἃς ὀρύας ὀνομάζει, ἐπιγράψας τι καὶ τῶν δραμάτων Ὀρύαν. Difficile ad credendum est Epicharmum Ὀρύαν drama illud suum eo quo Athenaeus existimasse videtur sensu inscripsisse. Alio ducit glossa Hesychii, Ὀροῦα (sic): χορδή. καὶ σύντριμμα πολιτικόν, εἰς ὃ Ἐπιχάρμου δρᾶμα. Ubi σύστρεμμα scribendum videtur, factio civilis. Photius, Συστρέμματα: στασιαστῶν πλήθη. Hesychius, Συστρεμμάτων: θορύβων. Ad scripturam nominis ὀρύα quod attinet, Aristarchus id ὄρυια scripsisse videtur, si recte intelligo Theognosti verba apud Bekk. Anecd. p. 1383: ἰγνύα, ὀρύα. Ἀρίσταρχος συστέλλει τὸ ᾱ καὶ ἐκτείνει τὸ ῡ καὶ προπαροξύνει, ἐναλλαγὴν τόνου καὶ χρόνου πεποιηκώς, ὡς φησιν Ἡρωδιανός.

III p. 111 f. Ἀρχέστρατος δ' ἐν τῇ Γαστρονομίᾳ περὶ ἀλφίτων οὕτως ἐκτίθεται·

Πρῶτα μὲν οὖν δώρων μεμνήσομαι ἠυκόμοιο
Δήμητρος, φίλε Μόσχε· σὺ δ' ἐν φρεσὶ βάλλεο σῇσιν.
ἔστι γὰρ οὖν τὰ κράτιστα λαβεῖν βέλτιστά τε πάντων
εὐκάρπου κριθῆς καθαρῶς ἠσκημένα πάντα,
ἐν Λέσβῳ κλεινῆς Ἐρέσου περικύμονι μαστῷ
λευκότερ' αἰθερίας χιόνος.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Versu quarto etsi ferri potest ἠσκημένα, multo tamen verisimilius est scripsisse poetam ἠσσημένα, quod proprium de cribrata farina verbum est. Photius Lex. p. 26. ἐττημένα: σεσησμένα. Φερεκράτης. Quod ex ἠττημένα corruptum; falsissima enim sunt quae de hac glossa dixi Fragm. Com. II. p. 351. Idem verbum ex libris restitui Antiphani apud Athen. III p. 127 b. σεμίδαλις ἐκ πολλῆς σφόδρ' ἐξηττημένη, et praeterea duabus glossis Hesychii restituendum est, primum v. Ὁμομίτας: ἄρτος ἐκ πυροῦ διῃρημένου γεγονώς. Lego διηττημένου et intelligo panem ex cribrata farina confectum, quem σητάνειον ἄρτον vocat et τῷ αὐτοπύρῳ opponit Plutarchus tranq. an. p. 466 d. Altera Hesychii glossa haec est, Σμικρίζεσθαι: διαιτᾶσθαι. Legendum διαττᾶσθαι. In quinto Archestrati versu ineptissimum est Lesbum insulam dici Eresi circumfluum collem. Expectabam potius: εἰν Ἐρέσῳ, κλεινῆς Λέσβου περικύμονι μαστῷ, in quo εἰν Ἐρέσῳ comparabam cum Homerico εἰν Ἀρίμοις in eadem versus parte posito. Eresum in colle sitam fuisse testatur Strabo XIII, p. 618. In sequentibus vs. 14. scribendum εἶτα τὸν ἐν Τεγέᾳ σεμιδάλεος υἱὸν ἐπαινῶ, pro ἐν Τεγέαις.

III p. 116 b. In quinto versu carminis Pseudo-Hesiodi, ναὶ μὴν οὐκ ἀκλεὲς θνητοῖς γένος ὀξυορύγχου, Schweighaeuserus ὀξυόρυγχος a poeta pro ὀξύρυγχος dici potuisse arbitratur. Persuasisse videtur Dindorfio. Non credo hoc ferri posse, sed scribendum potius ὀξυρρύγχου.

III p. 123 d. Σῆμος δ' ὁ Δήλιος ἐν δευτέρῳ Νησιάδος ἐν Κιμώλῳ τῇ νήσῳ φησὶ ψυχεῖα κατεσκευάσθαι θέρους ὀρυκτά. Permira quidem nec tamen vitii suspecta est libri insularum descriptionem complectentis inscriptio Νησιάς. Eius fortasse pars fuit quem idem Semus de Delo insula librum composuit Δηλιάδος nomine inscriptum, cuius frequens est apud Athenaeum memoria; certius est ad idem opus revocandum esse librum de Paro ab Suida s. v. Σῆμος memoratum. Nesiadis memoriam praeter Athenaeum unus servavit Schol. Apollonii Rh. I, 1165. Κόνων ἐν τῇ Ἡρακλείᾳ φησὶν ὅτι Αἰγαίων καταγωνισθεὶς ὑπὸ Ποσειδῶνος κατεποντίσθη εἰς τὸ νυνὶ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ Ἀπολλωνίου ἠρίον Αἰγαίωνος, τὸν αὐτὸν καὶ Βριάρεων καλῶν. περὶ δὲ τῆς κλήσεως τοῦ Αἰγαίου πελάγους ἐν μὲν τῷ πρώτῳ τῷ περὶ τῆς Νησιάδος φησὶν ἐν τούτοις· Τὸ Αἰγαῖον πέλαγος οἱ μὲν ἀπὸ τῆς Περκανίας (?) Αἰγὸς ἐπώνυμον γεγονέναι φασίν, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Καρυστίας τῆς Αἰγαίας ὀνομαζομένης. αἱ μὲν γὰρ Αἰγαί, ἔνθεν τὸν Ποσειδῶνα παραγίνεσθαί φασι, κατὰ Πελοπόννησον εἰσὶν ἐν τῷ περὶ Κρῖ-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

σαν κόλπῳ (*). Quo scholio ne quis ita utatur, ut Cononem Nesiadis auctorem fuisse suspicetur, satis provisum est ab iis, qui Cononis nomen, quem Heracleam scripsisse nemo unquam prodidit, ex Cinaethonis nomine corruptum esse intellexere, cuius Heracleam ipse affert schol. Apollon. I 1357. Ac fortasse etiam locum poetae, in quo de Aegaeone vel Briareo egerat, superstitem habemus in corruptissimo scholio Pindari Nem. III, 38. αἱ Ἡρακλεῖαι στῆλαι καὶ Βριάρεω λέγονται εἶναι, καθό φησι Στῆλαί τ' Αἰγαίωνος ἁλὸς μεδέοντι Γίγαντος. Ubi praeter poetae nomen inter μεδέοντος (ita enim scribendum) et Γίγαντος compluria, atque in his etiam Briarei nomen excidisse videri debet. Sublato igitur Conone apertum est alium Nesiadis auctorem circumspiciendum esse. Iam vero in sequentibus, quae de nomine maris Aegaei afferuntur, haud dubie corrupta sunt verba ἐν μὲν τῷ πρώτῳ τῷ περὶ Νησιάδος, in quibus particula μὲν non habet quo referatur. Scribendum igitur videtur Σῆμος ἐν (CHMEN pro ENMEN) τῷ πρώτῳ περὶ Νησιάδος, vel ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Νησιάδος i. e. τῷ πρώτῳ Νησιάδος, quemadmodum iisdem in scholiis ad II, 1055. Χάρων ἐν τῷ περὶ ἱστοριῶν dictum est pro ἐν ταῖς ἱστορίαις, et ad IV, 834. Μητρόδωρος ἐν πρώτῳ περὶ ἱστορίας, i. e. ἐν πρώτῳ ἱστορίας. Neque omittendum quod idem scholiastes iterum Semi testimonio utitur ad I, 1304. Σῆμος δέ φησιν (sc. Boreadas ab Hercule interfectos esse) διὰ τὸ λειφθῆναι δρόμῳ τὸν Ἡρακλέα τῶν Βορεαδῶν, quae ad eam Nesiadis partem refero, in qua de Teno scriptor exposuerat; ea enim in insula Hercules Boreadas occidisse ferebatur. Denique ad idem hoc opus referenda suspicor quae Athenaeus I, p. 30 c. et II, p. 71 c. de Icaro et Cinaro insulis memoriae prodidit. At quae idem scriptor XI p. 502 b. affert, ea haud dubie ad Deliadem revocanda sunt.

III p. 127 a. καὶ ὁ Οὐλπιανός, Παύομαι, ἔφη, ἐσθίων, ἄν με διδάξῃς παρὰ τίσιν εἴρηνται οὗτοι οἱ χόνδροι. Haec si paullo accuratius inspicias, ineptissime dicta esse senties. Scribendum erat παύομαι ἐσθίων ἕως ἄν με διδάξῃς. Cfr. p. 115 c. οὐ πρότεροι δειπνήσομεν, ἕως ἂν καὶ παρ' ἡμῶν ἀκούσητε ὅσα εἰρήκασι περὶ ἄρτων.

IV p. 134 d. Ἀττικὸν δὲ δεῖπνον οὐκ ἀχαρίστως διαγράφει Μάτρων ὁ παρῳδός, ὅπερ διὰ τὸ σπάνιον οὐκ ἂν ὀκνήσαιμι ὑμῖν, ἄνδρες φίλοι, ὁ Πλούταρχος

(*) Ita ex cod. Par. correxi vitiosissimam editorum scholiorum lectionem ἐν τοῖς περὶ Κρῖσαν τόποις.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἔφη, ἀπομνημονεῦσαι· Iam sequitur centum et viginti duorum versuum carmen ex Homericis carminibus ingenioso parodiarum lusu deflexum, convivii a Xenocle Atheniensi apparati descriptionem complectens. Personas praeter Xenoclem ipsum, de quo in Hist. Com. gr. p. 516. dictum est, induxit Chaerephontem, famosissimi nominis parasitum, et Stratoclem Atheniensem, de quo post Ruhnkenium ad Rutil. Lup. 34. annotavi quaedam ad Fragm. Com. vol. IV p. 474. Probabile est etiam alios quosdam convivio interfuisse; non totum enim et integrum carmen ab Athenaeo fuisse appositum, praeter manifesta lacunarum indicia etiam ex eo intelligitur, quod non comparet in eo versus ab Athenaeo II p. 62 c. disertim ex Δείπνῳ allatus: ὄστρεά τ' ἤνεικεν Θέτιδος Νηρηίδος ὕδνα, qui post vs. 97. inserendus videtur. Nec dubitari potest quin ad idem hoc carmen etiam alii quidam versus referendi sint, quos aliis locis Athenaeus non indicato carminis titulo simpliciter ex Matronis parodiis apposuit. Ex hoc genere sunt quos servavit II p. 64 e.

Σόγκους δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι οὐδ' ὀνομήνω,
μυελόεν βλάστημα, καρηκομόωντας ἀκάνθαις,
βολβίνας θ', αἳ Ζηνὸς Ὀλυμπίου εἰσὶν ἀοιδοί,
ἃς ἐν χέρσῳ θρέψε Διὸς παῖς ἄσπετος ὄμβρος,
λευκοτέρας χιόνος ἰδέειν ἀμύλοισιν ὁμοίας·
τάων φυομένων ἠράσσατο πότνια γαστήρ.

Qui versus quum mirum in modum consentiant cum iis quae nostrae eclogae leguntur vs. 63. καρῖδές θ' αἳ Ζηνὸς Ὀλυμπίου εἰσὶν ἀοιδοί, et vs. 5. λευκοτέρους χιόνος, ἔσθειν δ' ἀμύλοισιν ὁμοίους. τάων καὶ Βορέης ἠράσσατο πεσσομενάων, etiam hoc argumento cognoscitur verum esse quod supra dixi, multo maiorem huius carminis ambitum fuisse, quam ab Athenaeo appositum est. In brevi enim carmine quis unquam poeta eorundem propemodum versuum iterationes sibi permittat? His adde porro quae leguntur III p. 73 d.

Καὶ σικυὸν εἶδον, γαίης ἐρικυδέος υἱόν,
κείμενον ἐν λαχάνοις, ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο τραπέζας.

Quae item summam similitudinem habent cum nostrae eclogae vs. 36. et 37.

Καὶ Τιτυὸν εἶδον λίμνης ἐρικυδέα γόγγρον,
κείμενον ἐν λοπάδεσσ', ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο τραπέζας.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Denique eidem carmini adscribenda esse videntur haec lib. XIV p. 656 e. servata:

ὣς ἔφαθ', οἱ δ' ἐγέλασσαν, ἐπήνεικάν τ' ἐπὶ τούτῳ
σιτευτὰς ὄρνιθας ἐπ' ἀργυρέοισι πίναξιν,
ἄτριχας οἰετέας, λαγάνοις κατὰ νῶτον ἕίσας.

Quae si recte ad Convivium rettuli, simul intelligitur poetam convivas etiam inter se colloquentes induxisse eorumque sermones rettulisse; qua in re Philoxeni Cytherii exemplum sequutus esse videtur. Hinc mihi suspicio nata est, quem tacito auctoris nomine affert versum Athenaeus V p. 187 a. παρὰ δὲ τοῖς οὐ τὰ σώφρονα συμπόσια συνάγουσι,

τοῖς δ' ὁ κόλαξ πάμπρωτος ὑφαίνειν ἤρχετο μῶκον,

itidem Matronis esse, quem Chaerephontem parasitum induxisse supra vidimus. Minus mihi de alio loco constat lib. IV p. 183 a.

οὐδ' ὑπὸ (leg. ἀπὸ) πασσαλόφιν κρέμασαν, ὅθι περ τετάνυστο
σκινδαψός τετράχορδος ἀνηλακάτοιο γυναικός.

His praemissis de corruptioribus eclogae nostrae locis breviter exponam, parodias Homericas non indicaturus nisi eas quae interpretes latuerunt. Atque initio carminis post tertium sextumque versum complurium versuum lacunam indicandam esse ex narrationis tenore et progressu intelligitur. Vs. 34. ex optimo cod. B. qui fere cum Veneto consentit, scribendum ἡ μόνη ἰχθὺς οὖσα τὸ λευκὸν καὶ μέλαν οἶδεν, pro ἰχθὺς ἐοῦσα. Vs. 40 sqq. anguilla commemoratur ingentis magnitudinis:

παμμεγέθης, ἣν οὔ κε δύ' ἀνέρες ἀθλητῆρες,
οἷοι ἄρ' Ἀστυάναξ τε καὶ Ἀντήνωρ ἐγένοντο,
ῥηιδίως ἐπ' ἄμαξαν ἀπ' οὔδεος ὀχλίσσειαν.

Ad quae cfr. Hom. Il. μ. 448. Astyanactem et Antenorem non dubitasse videntur viri docti quin intelligendi sint Homerici. At neque Astyanax, qui puer occubuit, nec Antenor, quem a sapientia Homerus ab eloquentia Euripides praedicat, iure quis in robustorum virorum numero posuerit. Neque fecit id Matro, qui Astyanactem intellexit Milesium, de quo schol. Theocriti IV, 34. ταῦτα οὐκ ἐπ' Αἴγωνι ἱστόρηται, ἀλλ' ἐπὶ Ἀστυάνακτι τῷ Μιλησίῳ· ὁ δὲ Θεόκριτος τὰ περὶ τοῦ Μιλησίου αὐτοῦ (fort. πύκτου) Ἀστυάνακτος ἱστορούμενα εἰς Αἴγωνα μετήνεγκεν. φασὶ γὰρ τοῦτον Ἴσθμια νικήσαντα καὶ οἴκοι παραγενόμενον ἐκ τῆς ἰδίας ἀγέλης τοῦ μεγίστου λαβέσθαι βοὸς καὶ μὴ ἀνεῖναι ἕως ὁ ταῦρος ἐλευθερῶν τὸ σῶμα τῇ βίᾳ κατέλιπε τὴν ὁπλὴν

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Eiusdem hominis nomen haberemus apud Athenaeum X p. 413 a. si per librarios licuisset. Nunc vitiose editur: Ἀστυδάμας ὁ Μιλήσιος τρὶς Ὀλύμπια νικήσας κατὰ τὸ ἑξῆς παγκράτιον, κληθεὶς ποτε ἐπὶ δεῖπνον ὑπὸ Ἀριοβαρζάνου τοῦ Πέρσου καὶ ἀφικόμενος ὑπέσχετο φαγεῖν πάντα τὰ πᾶσιν παρασκευασθέντα καὶ κατέφαγε. Iam nemo amplius dubitabit quin Antenor quoque athleta fuerit corporis robore insignis. Ac fortasse is idem est de quo Eusebius Chron. Can. I ad Olymp. CXVIII ed. Maii p. 152. Ἀντήνωρ Ἀθηναῖος ἢ Μιλήσιος, παγκράτιον, ἀκόντιον περιοδονίκης, et quem cum Leontisco pancratiasta commemorat Machon Athenaei XIII p. 578 f. In sequentibus versibus (44. 45.)

τρισπίθαμοι γὰρ τοίγε καὶ ἐννεαπήχεες ἦσαν
εὖρος, ἀτὰρ μῆκός γε γενέσθην ἐννεόργυιοι,

non erat quod Dobraeus Advers. II p. 305. Iisdem verbis pro ἐννεόργυιοι reponi vellet εἰνορόγυιοι utitur. Homerus Odyss. λ 312. de Oto et Ephialte:

ἐννέωροι γὰρ τοίγε καὶ ἐννεαπήχεες ἦσαν
εὖρος, ἀτὰρ μῆκός γε γενέσθην ἐννεόργυιοι.

Vs. 55 sqq. θύννου κεφαλὴ apposita esse narratur:

κεχολωμένη οὕνεκα τευχέων
αἱρομένων, τὸ δὲ πῆμα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισιν·
ῥίνη θ' ἣν φιλέουσι περισσῶς τέκτονες ἄνδρες.

Ita enim haec mutata distinctione scribenda sunt. Vulgo αἱρομένων· τὸ δὲ πῆμα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισιν, ῥίνη, τὴν (B. ῥινὴν τὴν) φιλέουσι. Atqui apertum est non squatinam dici posse πῆμα ἀνθρώπων, sed thynni caput, quod ceteris partibus privatum in vilibus obsoniis habebatur. Cfr. Alexis Athen. VII p. 303 a. οὗτος πρότερον κεφάλαιον εἰ θύννου λάβοι, ἐνόμιζεν ἐγχέλεια καὶ θύννους ἔχειν. Ita enim haec scribenda sunt, quae minus recte tractavi Com. gr. III. p. 455. Vs. 58. οὐ γὰρ ἔγωγε ἧς σαρκὸς δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι ex Homeri Od. IX, 28. detortum est. Vs. 68. ἐν στόμασιν ἔθεσαν καὶ ἀπήγαγον ἄλλυδις ἄλλον. Scribendum ἐν στόμασίν τ' ἔθεσαν aut ἐν στομάτεσσ' ἔθεσαν cll. vs. 37. ἐν λοπάδεσσ', ὁ δ' ἐπ' ἐννέα. Vs. 71 sqq.

τὸ δέ γ' ἀμβροσίη μοι ἔδοξεν
εἶν', ἣν δαίονται μάκαρες θεοὶ αἰὲν ἐόντες.

Non credo haec ita Matronem scripsisse. Cod. Ven. εἶναι, ἥν. Mihi εἶναι ab aliena manu accessisse videtur, poeta autem scripsisse ἣν ἄρα δαίονται. Vs. 74 sqq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

μύραιναν δ' ἐπέθηκε φέρων τὸ κάλυμμα τραπέζης,
ζώνην θ', ἣν φορέεσκεν ἀγαλλομένη περὶ δειρήν
εἰς λέχος ἡνίκ' ἔβαινε Δρακοντιάδῃ μεγαθύμῳ.

De muraenarum cum serpentibus coitu praeter Casaubon. ad Athen. VII p. 312. vide Spanhemium ad Aristoph. Ran. 478. Mirum autem et ineptum est zonam collo muraenae circumdatam dici. Matronem scripsisse suspicor περὶ νείρην, circa imam ventris partem. Nimirum de zona nuptiali cogitabat. Vs. 77. scribe βούγλωσσόν θ' ὃς ἔναιεν ἐν ἅλμῃ μορμυρούσῃ pro edito βούγλωσσον ὅς. Ceterum haec perperam intellexerunt viri docti vertentes qui habitat in mari fremente. Marinum esse piscem βούγλωσσον nihil caussae erat quare disertim moneret poeta: neque ναίει dixit sed ἔναιεν. Verte igitur: qui natabat in muria. De ναίω pro νάω dixi infra ad Nicandri eclogam XV p. 683. vs. 58. Sequentes vss. 78. et 79. praeeunte Scaligero Dindorfius ita edidit:

κίχλας δ' ἑξείης ἡβήτορας, ὑψιπετήεις * *
καὶ πέτρας καταβοσκομένας θυάδας θ' ὑδατίνους.

Quorum versuum secundo quae memorantur θυάδες etiamsi piscis nomen esse aliunde constaret, locus tamen vitii suspectus esse deberet, quoniam θυὰς primam producit. Itaque ὑάδας scribendum puto i. e. suculas, quas ὑδατεινοὺς (ita enim legendum) dixit ut eas ab caelesti sidere distingueret. Lacunae autem post primum versum indicandae nullam necessitatem video. Rectissime enim κίχλαι dicuntur ὑψιπετήεις, cuius loco qui ὑψιπετήεσσας dicendum fuisse existimant, longissime a vero aberrant. Eadem forma Nicander usus est apud Athenaeum XV, p. 683 d. κάλυκες κεφαλήγονοι ἀντέλλουσιν ἀργήεις (i. e. ἀργήεσσαι) πετάλοισι κρόκην μέσα χρομισθεῖσαι, quod item frustra in vitii suspicionem adduxerunt. Omnem dubitanti scrupulum eximet idem Nicander Alexiph. 266. σὺν δὲ καὶ ἀμπελόεις ἕλικας ἐνθρύπτεο νύμφαις, et vs. 293. πόσιες δὲ παραυτίκα λύματ' ἔχευαν φαρμακόεις. Quae omnia ita dicta sunt, quasi ad rectos casus ὑψιπετήης ἀργήης ἀμπελόης φαρμακόης referenda essent. Ac nescio an ad idem genus Boeoticae gentis nomen οἱ Ψολόεις i. e. Ψολόεντες revocandum sit, de quo vide Plutarchum Quaest. graec. p. 299 f. Vs. 80. ἐν δ' ἀναμίξ σάργοι τε καὶ ἵππουροι γλάνιες τε. Pro σάργοι Dindorfius σαργοί scripsit. Ego vero dubito num σαργοὺς hoc loco poeta memoraverit: eos enim iam vs. 60. nominaverat. Itaque nescio an σαῦροι vel φάγροι scribendum sit. Vs. 81.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

recte Scaliger ἄντα δ' ἔην. Vs. 83. τῶν δ' ἔλεγεν δαίνυσθαι recte Ven. δ' omittit. Vs. 84. εἶναι βρώματ' ἔδοξεν· ἐπὶ δ' ὅρμαινον ἐπ' ἄλλα. Cod. Ven. et B. ἔδοξ' ἔπιδ' ὥρμαινον. Hinc scripsi olim ἔδοξεν· ἔπειθ' ὥρμαινον. Nunc malim ἔδοξ'· ἔπι δ' αὖθ' ὥρμαινον ἐπ' ἄλλα. Vs. 85. legendum esse κεῖτο δέ τις βατάνη τῆς οὐδεὶς ἥπτετο δειπνῶν, iam olim monui. Libri βατάνης οὐδεὶς ἥπτετο δείπνῳ. Post v. 97. plurium versuum lacunam esse suspicor, in qua locum habuisse videntur versus tres quos Athenaeus XV p. 656 c. attulit:

ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἐγέλασσαν, ἐπήνεικάν τ' ἐπὶ τούτῳ
σιτευτὰς ὄρνιθας ἐπ' ἀργυρέοισι πίναξιν,
ἄτριχας, οἰετέας, λαγάνοις κατὰ νῶτον ἐΐσας.

Quibus iam commodissime subiunguntur sequentia: Χαιρεφόων δ' ἐνόησεν ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω ὄρνιθας γνῶναι. Ad eundem Chaerephontem spectare videtur illud ὣς ἔφατο. Cui quod infertur οἱ δ' ἐγέλασσαν, de convivis intelligo, reliqua autem ἐπήνεικάν τ' (δ') ἐπὶ τούτῳ κ. τ. λ. de ministris interpretor. Lacuna item indicanda post vs. 114. et post 118. Ineptum enim est, post hunc versum,

πῶς ἄν ἔπειτα πλακοῦντος ἐγὼ θείου ἀπεχοίμην;

inferri haec:

οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν χεῖρες δέκα δὲ στόματ' εἶεν,
γαστὴρ δ' ἄρρηκτος χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη.

Denique vs. 121. nescio an Ven. lectio revocanda sit:

πόρναι δ' εἰσῆλθον, πόρναι δύο θαυματοποιοί,
ἃς Στρατοκλῆς ἤλαυνε ποδώκεας ὄρνιθας ὤς.

Vulgo pro altero πόρναι legitur κοῦραι, quod correctori deberi videtur.

IV p. 155 b. Demetrius Scepsius: πότερον ὦ βασιλεῦ κακῶς ὀρχούμενον ἐμὲ θεάσασθαι βούλει, ἢ καλῶς ἀπαγγέλλοντός μου ἴδια ποιήματα ἀκροάσασθαι. Sunt haec Hegesianactis Alexandrini ex Troade verba, eiusdem, opinor, cuius opera in legationibus obeundis Antiochum M. usum esse tradit Polybius XVIII, 30 et 33. Is quum in convivio ab Antiocho saltare iussus esset, ipsis illis verbis molestam regis condicionem declinavit. Hegesianax autem ille, quem in superioribus Athenaeus τὸν τὰς ἱστορίας γράψαντα vocat, haud dubie ist est qui rerum Troianarum auctor ferebatur ab aliis Cephalioni Gergithio tributarum. V. Odofr. Müllerum in Class. Journ. 26. p. 317. Etrusk. vol. I p. 173. Eundem poeseos studiosissimum fuisse suis ipse verbis indicat, quibus subiicit Demetrius: κελευσθεὶς οὖν

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

λέγειν οὕτως ἦσε τὸν βασιλέα ὥστ' ἐράνου τε ἀξιωθῆναι καὶ τῶν φίλων εἷς γενέσθαι. Hinc non iniuria suspiceris Hegenianactem Alexandrinum non diversum fuisse ab eo quem astronomici operis auctorem fuisse docui Anal. Alex. p. 243.

IV p. 158 b. Χρύσιππος δὲ ἐν τῷ περὶ τοῦ καλοῦ γνώμας τινας ἡῶιν εἰσφέρων φησί „μὴ ποτ' ἐλαίαν ἔσθι' ἀκαλήφην ἔχων. χειμῶνος ὥρα βολβοφακῆν." βαβαὶ βαβαί. „Βολβοφακῆ δ' οἷον ἀμβροσίη ψύχους κρυόεντος." In horum versuum postremo quod οἷον pyrrhichii mensuram habet, vix recte in tali versu Homeri exemplo excusaveris. Scribendum aut οἵ' ἀμβροσίη, aut quod aeque lene est ἴσον ἀμβροσίῃ. Priores versus ita scribendi videntur:

Μή μοί ποτ' ἐλαίαν ἔσθι' ἀκαλήφην ἔχων.
Χειμῶνος ὥρᾳ βολβοφακῆ βαβαὶ βαβαί.

Quorum versuum postremi haec est sententia, ut bolbophace hiberno tempore superbire et se iactare i. e. delicatissimum edulium esse dicatur. Consimili modo passim cibi magnifice apparati dicuntur πλατύνεσθαι, ἀγάλλεσθαι, σεμνύνεσθαι etc. Minime vulgaris autem, at idoneis tamen exemplis comprobatus in eandem sententiam usus est particularum βαβαὶ βαβαί. Ex hoc genere est Alexidis locus a Grammat. Bekk. p. 84. servatus: Οὐχὶ τῶν μετρίων ἀλλὰ τῶν βαβαὶ βαβαί. Ubi οἱ βαβαὶ βαβαί dicuntur homines superbia fastuque elati. Non recte haec explicui Com. gr. III p. 478. Eodem pertinet proverbium Βαβαὶ Μύξος a Diogen. III, 65. his verbis enarratum: Βαβαὶ Μύξος: ἐπὶ τῶν μεγαλαυχούντων. οὗτος γὰρ ἱερεὺς τῆς Ἀρτέμιδος ὢν μεγάλαυχος ἦν. Sed de Myxo isto neque ego neque alii opinor quidquam inaudiverunt; nec dubium mihi quin pro eo Μεγάβυζος substituendum sit, in quod nomen apprime conveniunt quae de Dianae Ephesiae pontificatu deque fastu hominis a Diogeniano subiiciuntur. Hinc Μεγαρύζιοι λόγοι proverbii loco dicebantur sermones fastu pleni. Hesychius, Μεναβύζιοι λόγοι: μεγάλοι. — καὶ οἱ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερεῖς καὶ οἱ στρατηγοὶ τοῦ Περσῶν βασιλέως Μεγάβυζοι. De hoc nomine nota est disputatio Hemsterhusii ad Luciani Tim. p. 135.

IV p. 159 b. οὗτοι καὶ οἱ τοιοῦτοι μονουχὶ βοῶντες ἀποθνήσκουσιν

Ὦ χρυσὲ δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς,
ὡς οὔτε μήτηρ ἡδονὰς τοσάσδ' ἔχει,
οὐ παῖδες ἐν δόμοισιν, οὐ φίλος πατήρ,
οἵας σὺ χοὶ σὲ δώμασιν κεκτημένοι.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Euripidis hos versus esse plurium scriptorum testimoniis constat. E Bellerophonte petitos esse dicit Seneca Epist. 115. ex Danae affert Stoebaeus Flor. XCI 4. quod suo iure reiecit Welckerus. Omisso poetae et fabulae nomine habet Diodorus Sic. in A. Maii Scriptt. vett. nova coll. II p. 122. qui quem cum hisce versibus componit eiusdem poetae locum de vi auri, eius alteram partem ita scribendam puto:

πολεμεῖς δ' Ἄρεος κρείσσον' ἔχων δύναμιν,
τᾷ πάντα θέλγεις· ἐπὶ γὰρ Ὀρφείαις μὲν ᾠδαῖς
εἵπετο δένδρεα καὶ θηρῶν ἀνόητα γένη.
σοὶ δὲ καὶ χθὼν πᾶσα καὶ πόντος . . . καὶ ὁ παμμήστωρ Ἄρης.

Cod. Ὀρφείαις μελῳδαῖς, quod alii contra metrum μελῳδίαις scripserunt, Hermannus autem apud Matthiam p. 447. ita emendare conatus est: Ὀρφείαις μελῳδοῖς ἀοιδαῖς. Scribendum erat Ὀρφείαις μὲν ᾠδαῖς. Post πόντος excidit anapaesticae mensurae verbum, quale est δέδεται. Pindarus Pyth. III 96. ἀλλὰ κέρδει καὶ δέδεται σοφία i. e. ἥττηται, ut recte scholiastes.

V p. 221 c. ex Alexandro Myndio de gorgone fera Libyca: φέρειν δὲ χαίτην ἀπὸ τοῦ μετώπου καθειμένην ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς, ἣν ὁπόταν μόγις διασεισαμένη διὰ τὴν βαρύτητα ἐμβλέψῃ, κτείνει τὸν ὑπ' αὐτῆς θεωρηθέντα. In his etsi quodammodo explicari potest βαρύτητα, multo tamen aptius videtur βαθύτητα, quod de spissa coma dici constat. Alexandri locum respicit Eudocia p. 50. Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος, ἱστορικός. διαλαμβάνει περὶ γοργόνος. Quod fugit Wyttenb. Bibl. crit. II, 3. p. 21.

VI p. 229 b. de τηγάνῳ dicens: διὸ καὶ Θεοδωρίδαν φάναι ἔν τινι ποιηματίῳ

Τηγάνῳ εὖ ἥψησεν ἐν ὀψητῆρι κολύμβῳ.

Pro ὀψητῆρι, quod pessime formatum vocabulum est, aut cum Schneidero ἑψητῆρι scribendum est, aut ὀπτητῆρι cll. Callimacho apud Bekkerum Anecd. p. 1209. ἔστιν ὕδος καὶ γαῖα καὶ ὀπτήτειρα κάμινος (*). Pro κολύμβῳ requiro κόλυμβον, quod aviculae nomen est. V. Aristoph. Acharn. 875.

VI p. 235 f. in Epicharmi fragmento ἀλλ' ἄλλος ὅδ' ἔστηχ' ὧδε τοῦδε κατὰ πόδας etc. nonnihil offensionis habet coniunctio pronominis ὅδε cum adverbio ὧδε. Malim igitur ἀλλ' ἄλλος ἔστηχ' ὧδε τοῦδε κατὰ πόδας, vel ἀλλ' ἄλλος ὧδ' ἔστηκε τοῦδε. In sequenti eiusdem poetae fragmento duos priores versus ita correxit Grotius:

(*) Ita correxit Lehrsius, locumque de Prometheo interpretatur, rectius ut mihi videtur quam Adolphus Heckerus Comment. Callim. p. 105.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

συνδειπνέω τῷ λῶντι, καλέσαι δεῖ μόνον,
καὶ τῷ γα μὴ λιῶντι, κοὐδὲν δεῖ καλεῖν.

Libri καὶ τῷ γαμηλιώντι. Sed λιῶντι quid sit non intelligitur. Itaque Dindorfius λεῶντι coniecit, fretus Hesychii glossa, Λεῷμι: θέλοιμι. Sed haec etiam forma controversa est. Cod. enim λέωμι. Omnino parum credibile est in duobus deinceps versibus diversis eiusdem verbi formis Epicharmum usum esse. Itaque nescio an is scripserit καὶ τῷ γα μήχι λῶντι. Antiattic. p. 108, 14. Μήχι: ὡς ναίχι καὶ οὐχί. Εὔβουλος Δειδάλῳ.

VI p. 244 f. Ἀριστόδημος δ' ἐν δευτέρῳ γελοίων ἀπομνημονευμάτων παρασίτους ἀναγράφει, Ἀντιόχου μὲν τοῦ βασιλέως Σώστρατον κ.τ.λ. Sostratus hic Antiochi fuit saltator patria Prienensis, qui capta ab Antiocho Priene iussus a rege in convivio Eleutheriam, quod cantici nomen fuit, saltare, οὐ καλὸν ἔφη τῆς πατρίδος αὐτοῦ δουλευούσῃ αὐτὸν ἐλευθερίαν ὀρχεῖσθαι, καὶ διὰ τοῦτο ἐλευθερωθῆναι (λέγουσι) τὴν πόλιν, Sextus Empir. c. Grammat. p. 667, 15. et Libanius Vol. III p. 395, 2. Aristodemus autem, quem antestatur Athenaeus, de duobus eiusdem nominis Nysenis fuisse videtur is, quem rhetoricam cum grammatica coniunxisse auctor est Strabo XIV p. 650. Eundem ad partes vocat Schol. Ven. Iliad. ί. 453. Ἀριστόδημος ὁ Νυσαιεὺς ῥήτωρ τε ἀλλὰ (leg. ἅμα) καὶ γραμματικός.

VI p. 253 c. Athenienses Demetrium Poliorcetem, Antigoni filium, Corcyra Athenas adeuntem ithyphallico carmine salutabant, quo fortissimum hominem hisce compellabant verbis:

ὦ τοῦ κρατίστου παῖ Ποσειδῶνος θεοῦ
χαῖρε κἀφροδίτης.

Graviter notavit hanc abiectam adulationem Demetrius dicens ὡς οὐδεὶς ἐπ' αὐτοῦ Ἀθηναίων γέγονε μέγας καὶ ἀδρὸς τὴν ψυχήν Athen. VI p. 253 a. Qua in re patri suo se praebuit simillimum, qui quum ab Hermodoto poeta Solis filius et deus salutatus esset, lepide respondit: οὐ τοιαῦτά μοι ὁ λασανοφόρος σύνοιδεν Plutarch. de Is. et Osir. fi. 360 d. (*). Neptuni autem filium appellavisse Demetrium videntur propter Cypriam victoriam. Consimili ratione Sextus Pompeius propter maritimum imperium Neptuni se filium

(*) Eadem referuntur a Plutarcho Apophthegm. reg. pag. 182 c. ubi Wyttenbachius Hermodotum poetam aliunde sibi non innotuisse fatetur. Mihi non improbabile videtur hunc eundem esse Hermodotum cuius memoriam servavit Stobaeus Flor. LX 3. Ἑρμοδότου· Οὐχ ὁ λόγος αὔξει τὴν τέχνην περισσὸς ὤν, ἀλλ' αὐτὰ κοσμεῖ τὸν λόγον τὰ πράγματα.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iactabat, Dio Cass. 48, 19. Livius apud schol. Crucq. ad Horat. Epod. IX, 7. In superiore eiusdem carminis parte nonnihil corruptelae relictum est:

ὁ δ' ἱλαρὸς, ὥσπερ τὸν θεὸν δεῖ, καὶ καλὸς
καὶ γελῶν πάρεστι·
σεμνὸν ὅθι φαίνεθ', οἱ φίλοι πάντες κάκλῳ,
ἐν μέσοισι δ' αὐτός·
ὅμοιος ὥσπερ οἱ φίλοι μὲν ἀστέρες,
ἥλιος δ' ἐκεῖνος.

Horum versum tertio scribendum videtur σεμνόν τι φαίνεθ'· οἱ φίλοι πάντες κύκλῳ et quinto ὅμοιον ὥσπερ. Non inepte compares simile adulationis exemplum apud Horatium Sat. I, 7, 22. Persius exponit causam: ridetur ab omni Conventu: laudat Brutum laudatque cohortem; Solem Asiae appellat Brutum stellasque salubres Appellat comites. Ceterum hic ithyphallus non integer esse videtur. Exciderunt haud dubie in ipso carminis initio duo versus, quorum sententia eadem fere fuerit necesse est, quam habemus in alio ithyphallico carmine apud Athenaeum XIV p. 622 c.

Ἀνάγετ' ἀνάγετε πάντες· εὐρυχωρίαν
τοῖς θεοῖς ποιεῖτε.

Quibus iam aptissime inferri poterant illa: ὡς οἱ μέγιστοι τῶν θεῶν καὶ φίλτατοι τῇ πόλει πάρεισιν.

VI p. 256 c. ὧν ἰατρεῦσαι τὴν ἄγνοιαν οὐδ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτό γε νομίζω δεδόσθαι. Manifesta haec Theognideae imitationis indicia habent, cuius haec sunt vs. 432. οὐδ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτό γ' ἔδωκε θεός, ἰᾶσθαι κακότητα καὶ ἀτηρὰς φρένας ἀνδρῶν. Ita enim legendum ex Plutarcho duobusque codd. quibus iam etiam Athenaei auctoritas accedit. Vulgo εἰ δ' Ἀσκληπιάδαις, quod ineptissime dictum est. Vitium loci in sequenti versu latet, πολλοὺς ἂν μισθοὺς καὶ μεγάλους ἔφερον.

VI p. 257 b. ex Clearcho: ὁ δὲ τρίτος ὁ Θὴρ ὁ γενναιότατος. Clearchus hoc nomen adulatoris suo ipse finxit ingenio; neque in eo reprehendendus est. At Apollonius, Hippocratis interpres, quo sensu ὁ Θὴρ appellatus sit apud Erotian. Lex Hipp. p. 86. Ἀπολλώνιος ὁ Μεμφίτης ὑπεροχήν ... Ἀπολλώνιος δ' ὁ Θὴρ ἐξοχήν, ὁ δὲ Κιτιεὺς Ἀπολλώνιος σιγμοειδῆ ἐγκοπήν, id igitur adeo non intelligo, ut non dubitem quin Erotianus Apollonium a patria Theraeum appellaverit. Scribendum igitur ὁ Θηραῖος. Idem nomen corruptum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

legitur in Crameri Anecd. II p. 283, 18. σεσημείωται τὸ Θὴρ ὀνοματικόν, ὁ υἱὸς Ἐνδυμίωνος, ubi legendum Φθίρ, quod filii Endymionis nomen fuisse etiam aliunde constat. Grammat. Bekkeri Anecd. p. 1200. τὸ γὰρ Φθὶρ τὸ κύριον ὄνομα, λέγω δὴ τὸ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ Ἐνδυμίωνος, διὰ τοῦ ι λέγεται. Apollonius Lex. Hom. p. 163, 1. Φθειρῶν ὄρος τῆς Καρίας περὶ Μίλητον — ἀπὸ Φθίρωνος (leg. Φθιρὸς) τοῦ Ἐνδυμίωνος. Cfr. Schol. Iliad. β, 868.

VI. p. 258 f. Ion in Omphale: ἐνιαυσίαν γὰρ δεῖ με τὴν ὁρτὴν ἄγειν. Ita recte Dindorfius ex emendatione Porsoni scripsit pro λέγειν. Atque ita iam ante Porronum tacite correxerat Bentleius Epist. ad Millium p. 499. Lips. Pro ὁρτήν, quae Dindorfiii emendatio est, libri ἑορτήν. At vehementer dubito num Ion ionica forma usus sit, cuius nullum apud Atticos poetas exemplum reperias. Malim igitur ἐνιαυσίαν γὰρ τὴν ἑορτὴν δεῖ μ' ἄγειν. Nec de numeris timendum; in satyricis enim fabulis licuit poetis migrare legem, quam in tragoediis constanter tenuerunt. Exempla praebet Cyclops Euripidis 210. 675. 676. et ipse Ion in eadem fabula apud Strabon. I p. 60. Βοιωτίας ἐχώρισ' ἀκτῆς ἐκτεμὼν προβλῆτα πορθμόν. Add. Astydamas in Mercurio apud Athen. XI p. 496. e. ἦν δύο δὲ χρυσᾶ, γρὺψ τὸ δ' ἕτερον Πήγασος, et Lycophron ap. Athen. X p. 420 b.

VII p. 276 f. λέγομεν γοῦν ὀψοφάγους οὐ τοὺς βόεια ἐσθίοντας, οἷος ἦν Ἡρακλῆς, ὃς τοῖς βοείοις κρέασιν ἐπήσθιε σῦκα χλωρά, οὐδὲ τὸν φιλόσυκον, οἷος ἦν Πλάτων ὁ φιλόσοφος, ὡς ἱστορεῖ Φανόκριτος ἐν τῷ περὶ Εὐδόξου· ἱστορεῖ δ' ὅτι καὶ Ἀρκεσίλας φιλόβοτρυς ἦν· ἀλλὰ τοὺς περὶ τὴν ἰχθυοπωλίαν ἀναστρεφομένους. Non viderunt editores haec ad verbum fere translata esse ex Plutarchi Symp. IV, 4. p. 667 f. καὶ γὰρ ὀψοφάγους καὶ φιλόψους λέγομεν, οὐχὶ τοὺς βοείοις χαίροντας, ὥσπερ Ἡρακλῆς, ὃς τοῖς κρέασι χλωρὰ σῦκα ἔχων ἤσθιεν (leg. σῦκα ἐπήσθιεν)· οὐδὲ τὸν φιλόσυκον οἷος ἦν Πλάτων· οὐ φιλόβοτρυν, οἷος Ἀρκεσίλαος· ἀλλὰ τοὺς περὶ τὴν ἰχθυοπωλίαν ἀναδιδόντας (?) ἑκάστοτε, καὶ τοῦ κώδωνος ὀξέως ἀκούοντας. Nisi potius ex communi uterque fonte hausit, quo Athenaeus ita usus est, ut etiam auctorum nomina apponeret. Similis utriusque consensus in iis est quae de Platone et Timotheo Cononis filio narrant, Athenaeus X p. 419 c. Plutarchus autem Symp. VI p. 686 b. De Hercule vero illa κρέασι βοείοις χλωρὰ σῦκ' ἐπήσθιεν, Euripidis esse constat ex Clemente Alex. Protr. p. 50. Sylb. τότε δ' ἐμμανῆ εἰσάγων Ἡρακλέα καὶ μεθύοντα ἀλλαχόθι καὶ ἄπληστον· πῶς γὰρ οὐχί; ὃς ἑστιώμενος τοῖς κρέασι χλωρὰ σῦκ' ἐπήσθιεν ἄμουσ' ὑλακτῶν ὥστε βαρβάρῳ μαθεῖν. Sunt autem sine dubio ex

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Syleo petita, in quo dramate Hercules πραθεὶς τῷ Συλεῖ ὡς γεωργὸς δοῦλος ἔσταλται εἰς τὸν ἀγρὸν τὸν ἀμπελῶνα ἐργάσασθαι· ἀνεσπακὼς δὲ δικέλλῃ προρρίζους τὰς ἀμπέλους (*) νωτοφορήσας τε αὐτὰς εἰς τὸ οἴκημα τοῦ γεωργοῦ τοῦ ἀγροῦ ἄρτους τε μεγάλους ἐποίησε καὶ τὸν κρείττω τῶν βοῶν θύσας καὶ τὸν πιθεῶνα διαρρήξας καὶ τὸν κάλλιστον πίθον ἀποπωμάσας, τὰς θύρας τε ὡς τράπεζαν θεὶς ἤσθιέ τε καὶ ἔπινεν ᾄδων, καὶ τῷ προεστῶτι δὲ τοῦ ἀγροῦ. δριμὺ ἐνορῶν φέρειν ἐκέλευε ὡραῖά τε καὶ πλακοῦντας, καὶ τέλος ὅλον ποταμὸν πρὸς τὴν ἔπαυλιν τρέψας τὰ πάντα κατέκλυσεν Anonymus Crameri An. Par. I p. 7 sq. Ad quae conferendus est locus Philonis apud Matthiaeum ad Fragm. IV p. 336. τὸν μὲν γὰρ ἄριστον τῶν ἐκεῖ ταύρων καταθύσας Διὶ πρόφασιν εὐωχεῖτο, πολὺν δ' οἶνον ἐμφορήσας ἄθρουν εὖ μάλα κατακλιθεὶς ἠκρατίζετο.

VIII p. 278 a. ὁ δὲ ὀψοδαίδαλος Ἀρχέστρατος ἐν τῇ Γαστρολογίᾳ - οὕτως γὰρ ἐπιγράφεσθαί φησι Λυκόφρων ἐν τοῖς περὶ κωμῳδίας, ὡς τὴν Κλεοστράτου τοῦ Τενεδίου Ἀστρολογίαν - περὶ τῆς ἀμίας φησὶν οὕτως. Ex hac admonitione coniicias, ut Archestratei carminis ita etiam Cleostratei operis dubiam fuisse et incertam inscriptionem, donec Lycophron id Ἀστρολογίαν inscribendum esse doceret, quo titulo etiam Eudoxi et Hesiodi et Thaletis ferebantur carmina, Plutarch. de Pyth. orac. p. 402 f. Commemoratur Cleostratus Tenedius ab Anonymo in Petavii Doctr. temp. III p. 147. ubi miro errore in iis memoratur scriptoribus, qui de Arato commentati sunt. Cfr. Theophrastus de vent. I, 4 p. 783. Plinius Hist. Nat. II, 8. et qui unicum eius fragmentum servavit Schol. Eurip. Rhes. 524: Παρμενίσκος φησίν — ὅτι ταύταις (ταῖς τοῦ σκορπίου πρώταις μοίραις) ὁ Βοώτης ἅμα ἄρχεται καταδύεσθαι. Κλεόστρατον γοῦν τὸν Τενέδιον, ἀρχαῖον [ποιητήν, λέγειν] οὕτως·

ἀλλ' ὁπότ' ἂν τρίτον ἦμαρ ἐπ' ὀγδώκοντα μένῃσι
σκορπίος, εἰς ἅλα πίπτει ἅμ' ἠοῖ φαινομένῃφι.

Cetera de Cleostrato dicenda v. apud Fabric. B. G. ed. Harl. IV p. 7. De aetate viri dixit Vaterus ad Rhesum p. 199. Archestratei operis, cuius varias inscriptiones (Γαστρονομία, Ἡδυπάθεια, Δειπνολογία, Ὀψοποιία) Athen. I p. 4 e. recensuit, magnam fuisse apud veteris aevi gulones auctoritatem

(*) Hinc lux oboritur verbis Apollodori II, 6, 3. Συλέα δὲ ἐν Λυδίᾳ (ita Piersonus Veris. p. 232. pro Αὐλίδι) τοὺς παριόντας ξένους σκάπτειν ἀναγκάζοντα, σὺν ταῖς ῥίζαις τὰς ἀμπέλους σκάψας μετὰ τῆς θυγατρὸς Ξενοδίκης ἀπέκτεινε. Ubi pro σκάψας, in quo merito haeserunt editores, σπάσας scribendum videtur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

intelligitur ex loco Dionysii Sinopensis, quem exhibui Fragm. Comic. III p. 548. Eum totum terrarum orbem ventris caussa pervagatum esse et Sardanapalli vitam vixisse qui dicit Athenaeus III p. 116 f. et VII p. 249 f. compluribus locis de eo iis utitur nominibus, quae summam hominis gulositatem testantur, velut VII p. 278 a. dicitur ὀψοδαίδαλος, p. 286 a. ὁ τένθης, p. 301 e. ὁ δείπνων λοχαγός, p. 303 e. ὁ κίμβιξ, p. 311 f. ὁ ἡδονικὸς φιλόσοφος. Hinc non dubito quin eundem hominem, quem patria Siculum fuisse constat, sub Siciliotae Gnathonis nomine significare voluerit Plutarchus de latenter viv. p. 1128 a. τοὺς περὶ Φιλόξενον τὸν Ἐρύξιδος καὶ Γνάθωνα τὸν Σικελιώτην ἐπτοημένους περὶ τὰ ὄψα λέγουσιν ἐναπομύττεσθαι ταῖς παροψίσιν, ὅπως τοὺς συνεσθίοντας διαστρέψαντες αὐτοὶ μόνοι τῶν παρακειμένων ἐμφορηθῶσιν. Gnatho enim gulosi et edacis parasiti nomen fuit in nova comoedia frequentatum. Cfr. Plutarch. Symp. p. 767 e. Lucian. Tim. 45. et Fugit. 19. Noli vero confundere cum hoc Archestrato alium eiusdem nominis poetam iisdem fere temporibus clarum, ut colligere licet ex Plutarcho de virt. Alex. p. 332 d.

VII p. 282 b. Ananius postquam vere chromium, autumno autem capellas porcellosque esu iucundissimos esse dixit, vs. 5. ita pergit:

καὶ κυνῶν αὕτη τόθ' ὥρη καὶ λαγῶν κἀλωπήκων.

In his aut αὕτη aut τότε superfluum. Possis καὶ κυνῶν αὖ τῆμος ὥρη coniicere; lenius tamen fuerit καὶ κυνῶν αὖ τῇ τόθ' ὥρῃ, sc. ἡδύ ἐστιν ἐσθίειν.

VII p. 282 f. Νίκανδρος δ' ἐν δευτέρῳ Οἰταϊκῶν φησι·

Πομπίλος, ὃς ναύτῃσιν ἀδημονέουσι κελεύθους
μηνύσας φιλέρωσι καὶ ἄφθογγός περ ἀμύνων.

Pro μηνύσας cod. Ven. μηνύσαι habet. Scribendum videtur μηνύει. Oetaica Nicandri, quae in Herculis rebus exponendis potissimum versata esse ex Athen. IX p. 411 a. et schol. Apollonii Rh. I, 1304. intelligitur, verissime restituta sunt Athen. VII p. 329 a. τῶν δὲ ἰώπων Νίκανδρος ἐν δευτέρῳ Οἰταϊκῶν·

ὡς δ' ὁπότ' ἀμφ' ἀγέλῃσι νεηγενέεσσιν ἰώπων
ἢ φάγροι ἢ σκῶπες ἀρείονες ἠὲ καὶ ὀρφός.

Ubi Dindorfius „legebatur ἐν Βοιωτιακῷ. ἐν βοιωτιακῶν BDPQ, quod certissima emendatione est β' οἰταϊκῶν, in quo libro de piscibus egisse Nicandrum ex ipso Athenaeo novimus VII p. 282 f." Hoc argumento non utar equidem. Piscium enim memoria in altero loco ad nescio quam compa-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rationem referenda est, in altero autem fortasse ad Herculem spectabat, quem Nicander pompili ductu ex tempestate servatum finxerit. Pro σκῶπες qui maluit βῶκες I. G. Schneiderus, non cogitavit vix ullum aviculae nomen reperiri, quod non item piscis nomen fuerit. Ἀρείονες autem propter comparativum, cui nullus hic locus est, vitii suspectum habeo. Cod. B. ἀθείονες.

VII p. 285 e. Achestrati versus nondum persanati sunt; certe in tertio versu:

καὶ λαβὲ πρόσφατον αὐτὸν ἐν εὐκόλποισι Φαλήρου
ἀγκῶσιν ληφθέν-θ' ἱεροῖς —

non placet duplex τῶν ἀγκώνων epitheton. Scribendum ἐν εὐκόλποιο Φαλήρου ἀγκῶσιν, quod aptissimum sinuosi portus epitheton.

VII p. 287 b. Ἐπίχαρμος δ' ἐν Ἥβας γάμῳ βαμβραδόνας αὐτὰς (quae Atticis βεμβράδες) καλεῖ·

Βαμβραδόνας τε καὶ κίχλαι λαγοὶ δράκοντές τ' ἄλκιμοι.

Etymol. M. p. 195, 30. Ἐπίχαρμος δὲ αὐτὰς βράδονας καλεῖ. Veram nominis scripturam esse βεβραδόνες, ut duo libri habent, docet metri ratio.

VI p. 290 a. Pythermus Ephesius de Themisone Herculem aemulante: ἐφόρει δὲ καὶ τόξα Σκυθικὰ καὶ ῥόπαλον ἐκράτει. Quem Hercules gestabat arcum fuisse Scythicum constanti fama ferebatur. V. Theocritum XIII, 56. Lycophr. Alex. 56. Herodorum et Callimachum apud Schol. Theocr. l. l. Formam arcus Scythici satis luculenter describit Agathon in Telepho apud Athen. X p. 454 d. ubi figurae literae sigma assimilatur, qualem ex titulo apud Boeckh. Inscr. 8. protulit Matthiae ad Euripidis fragm. p. 358. Eadem forma obversabatur poetae tragico apud Plutarch. Solert. an. p. 907 d. dormientem Herculem his verbis describenti: τὰ τόξα μασχάλῃ ὑποθεὶς κραταιῷ περιβαλὼν βραχίονι εὕδει πιέζων χειρὶ δεξιᾷ ξύλον. Cui descriptioni non respondet nisi Scythici arcus figura, cuius exempla habemus in numo aeneo Lamiae in Museo Brit. tab. V, 8. et apud Gerhardum in Delectu pict. vas. tab. CIX. CXIX. CXXIV. aliisque.

VII p. 297 b. Ἡδύλη - - - ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Σκύλλῃ ἱστορεῖ Γλαῦκον ἐρασθέντα Σκύλλης ἐλθεῖν αὐτῆς εἰς τὸ ἄντρον

ἢ κόγχου δώρημα φέροντ' Ἐρυθραίης ἀπὸ πέτρης
ἢ τοὺς ἀλκυόνων παῖδας ἔτ' ἀπτερύγους.

Horum priora Hedyle ita scripsisse videtur — Σκύλλης ἄντρον ἐσῆλθε φέρων

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἢ κόγχον δωρήματ' Ἐρυθραίης ἀπὸ πέτρης. In quo pluralis δωρήματα notissimo usu positus est. Ceterum compara cum his Pseudo-Tibull. III, 17. in Erythraeo legitur quae littore concha.

VII p. 300 d. Loca enumerantur anguillarum multitudine clara: καὶ περὶ τὸν Εὐλέα δὲ ποταμόν, οὗ μνημονεύει Ἀντίμαχος ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Δέλτοις οὕτως Ἐλθὼν Εὐλείας πηγὰς ἐπὶ δινήεντος. Apertum est pro Εὐλέα scribendum esse Εὐλέαν, et in Antimachi versu Εὐλεία i. e. Εὐλείου.

VII p. 301 f. In Archestrati versibus θύννον ἁλισκόμενον σπουδῇ μέγαν, ὃν καλέουσιν ὄρκυν, ἄλλοι δ' αὖ κῆτος etc. quo pacto ὄρκυν ultimam producat non intelligitur; nec vero ὄρκυνον, quod Epit. habet, probari potest. Archestratus ὄρκυν' scripserat, a recto casu ὄρκυν, ὄρκυνος, ut Φόρκυν, Φόρκυνος. Nec deest exemplum eius formae. Anaxandrides Protesil. Fragm. I, 61: μύες ὄστρεια κτένες ὄρκυνες. In eiusdem poetae fragmento p. 306 a et b.

κιθαρὸν δὲ κελεύω
ἂν μὲν λευκὸς ἔῃ * * στερεός τε πεφύκῃ,
ἕψειν εἰς ἅλμην καθαρὰν βαιὰ φυλλὰ καθέντα,

fortasse post ἔῃ excidit ἰδέειν, ut vs. 4. ἂν δ' ᾖ πυρρὸς ἰδεῖν, vel χροιήν. Tertio versu βαιά, quod ex L. receptum, num recte pyrrhichii mensuram habeat vehementer dubito. Vulgo καὶ ἄφυλλα. Venetus quid habeat non indicatum est. Scribendum videtur εἰς ἅλμην καθαρὰν καὶ φύλλα καθέντα. In muria et foliis citharum coqui iubet. Cfr. Sotades in Fragm. Com. gr. Vol. III. p. 585. de labrace: ἔσται δι' ἅλμης λιπαρὸς ἑφθεὶς ἐν χλόῃ.

VII p. 313 b. In Epicharmi fragmento ὄκχ' ὁρῇ βῶκας πολλοὺς καὶ σμαρίδας, post βῶκας insere τέ. Eiusdem poetae locus p. 318 e. vitiose editur: χἀ δυσώδης βολβίτις γραῖαί τ' ἐριδακώδεες. Βολβίτις enim a βολβὸς formatum esset scribendumque foret βολβῖτις, a βόλβιτον autem formatur aut βολβιτίνη, aut βολβίταινα, aut penultima brevi βολβιτίς, idque in Epicharmi loco reponendum.

VI p. 322 c. σινόδοντα δὲ αὐτὸν λέγει διὰ τοῦ ῑ Δωρίων, ἔτι δὲ Ἀρχέστρατος ἐν τούτοις

Αὐτὰρ τὸν σινόδοντα μέν, ὃν ζήτει παχὺν εἶναι·
ἐκ πορθμοῦ δὲ λαβεῖν πειρῶ καὶ τοῦτον ἑταῖρε.

Non credibile est Archestratum tam elumbem fecisse versum qualis primus est. Accedit quod μὲν post αὐτὰρ inferri non potest; neque apparet unde pendeat accusativus σινόδοντα. Itaque scribendum suspicor:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

αὐτὰρ τὸν σινόδοντα, Μένων, ζήτει παχὺν εἶναι.

Haec enim fuit Archestratei carminis ratio, ut amicos subinde compellaret ad eosque gulae praecepta dirigeret, ex quibus etsi Athenaeus VII p. 278. duos tantum, Moschum et Cleandrum, commemorat, nihil tamen prohibet quominus etiam Menonem subinde compellatum esse statuamus. Alioqui possis etiam μένων corrigere, ut hoc dicat: sinodontem eme expectans dum ad pinguedinem adoleverit. Fretum autem, in quo sinodon capiendus sit, dicit haud dubie Siculum, ut in locis apud Athen. VII p. 313 a. et 314 f.

VII p. 326 a. Τράχουροι. τούτων ὡς ξηροτέρων μέμνηται Διοκλῆς· Νουμήνιος δ' ἐν Ἁλιευτικῷ φησιν·

Ἀκονίας κίγκλους τε καὶ ἀλλοπίην τράχουρον.

Aconias piscis videtur idem esse qui alias φάγρος dicitur, ἡ γὰρ ἀκόνη κατὰ Κρῆτας φάγρος ὥς φησι Σιμίας Athen. VII p. 327 f. Non minus de allopia dubitatur. Nec iniuria: corruptum enim nomen est scribendumque ἐλλοπίην, ut τράχουρον, pro quo ex cod. B. τρήχουρον reponendum est, adiectivum sit. Ἐλλοπίας idem qui alias ἔλλοψ. Ad nominis formam comparanda similia nomina piscium, αὐλωπίας, αἰολίας, τριχίας, λεβίας, χρομίας, ξιφίας, ὀνίας, χαραδρίας, καλαρίας etc. Quem piscem Plinius H. N. XXXII, 2, 5. novaculam dicit, graece haud dubie dicebatur ξυρίας.

VII p. 327 b. Hyccara Siciliae oppidum ab hycarum multitudine denominata esse valde probabilis est sententia Timaei. Ex quo intelligitur, quum ὕκης ubique hoc piscis nomen scriptum reperiatur, etiam illius oppidi nomen rectius Ὕκαρα scribi quam Ὕκκαρα. Atque habet id ipsum hoc loco codex P. Eandem scripturam aliis item locis meliores libri comprobant. Apud Athen. XIII p. 589 a. editur Ὕκκαρον. At cod. B. fortasse etiam A. habet Ὕκαρρον. Apud Diodorum Sic. XIII, 6. legitur Ὕκκαρα. At codd. Ὕκαρα. Apud Synes. Epist. 3. Ὑκκαρικὸν ἀνδραπόδιον legitur, quod tueri videtur Stephanus Byz. v. Εὐκαρπία, ipsa haec Synesii verba afferens. At cod. Vrat. Ὑκαρικόν, cuius mihi potior auctoritas quam scholiastae Ms. apud Boissonad. ad Philostr. Epist. p. 196. Apud Theocritum IX, 26. edidi ex Bergkii coniectura Ὑκκαρικαῖσιν ἐνὶ πέτραισι. Libri ἰκαρίαισιν. Scribendum igitur Ὑκαρίαισιν. Denique eandem formam ex duobus codd. redde Thucyd. VI, 62. et apud Steph. Byz. v. Γέλα scribe ἀπὸ Γέλωνος τοῦ Αἴτνης καὶ Ὑκάρου pro Ὑμάρου.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

VIII p. 328 a. Χρόμις· καὶ τούτου μνημονεύει Ἐπίχαρμος λέγων· καὶ σκιφίας χρόμιάς θ' ὃς ἐν τῷ ἦρι καττὸν Ἀνάνιον ἰχθύων πάντων ἄριστος. In καὶ σκιφίας admisit dactylum, quoniam aliter hoc nomine uti non potuit poeta; pro χρόμιας autem, quod certe χρομίας scribendum erat, corrigendum χρόμις.

VIII p. 333 d. Polycharmus: ἡ δίνα ἐπὶ τῆς ψαμάθου, et mox εἰς τὴν δίναν et θαλάσσης ἡ δίνα. In his δίνα, ultima producta, dorica forma esset a Polycharmo aliena. Scribendum igitur ἡ δῖνα, quae vulgaris sermonis forma est pro attico δίνη. Eadem ratio est nominum ῥῖνα et ῥίνη, νάρκα et νάρκη, πεῖνα et πείνη, μίνθα et μίνθη, τόλμα et τόλμη, θέρμα et θέρμη, μάριλα et μαρίλη, πρύμνα et πρύμνη, βλάστα et βλάστη, ἄφθα et ἄφθη, τρίγλα et τρίγλη, et aliorum eiusdem generis complurium, quibus adde θοῖνα et θοίνη, quorum illud item vulgo θοίνα scriptum est. Nec correctus est error in novo H. Stephani Thesauro.

VIII p. 362 b. Ἐπίχαρμος ἐν τοῖς Θεαροῖς μέμνηται τοῦ βαλλισμοῦ ... ἐν οὖν τῷ δράματι οἱ θεωροὶ καθορῶντες τὰ ἐν Πυθοῖ ἀναθήματα καὶ περὶ ἑκάστου λέγοντές φασι καὶ τάδε·

Κιθάρα, τρίποδες, ἅρματα, τράπεζαι χαλκέαι,
χειρόνιβα, λοιβάσια, λέβητες χάλκεοι,
κρατῆρες, ὀδελοί. Β τοῖς γα μὰν ὑπωδέλοις
καὶ λωτε βαλλίζοντεσσι ὅσσον χρῆμα εἴη.

Ex his coniicere licebit fabulae huius scenam ita fuisse adornatam, ut interior pars templi Delphici repraesentaretur, circumpositis donariis, quae studiose contemplantes theori singulis aliquid verniliter dictum inferebant. Priora verba usque ad λοιβάσια adieci ex libro IX p. 408 d. In his pro κιθάρα, quum cetera omnia plurali numero efferantur, fortasse κιθάραι scribendam. Currus in donariis memorantur etiam apud Suidam v. Παρία λίθος. Verucula tertio versu commemorata dicere videtur ea, quae Rhodopis consecraverat; de qua re vide quae dixi Comic. graec. II p. 181. Sequentium, quae alii interloquutori assignavi, haec fere esse debet sententia: utinam hominibus alieno aere obstrictis et strenue nepotantibus tantae opes suppetant! Ὑπώδελος, de qua voce mira commenti sunt critici, idem est quod ὑπώβολος dixit Pherecrates Com. graec. II p. 277. Ea enim unice vera huius adiectivi scriptura est, non autem ὑπόβολος, quod in longe aliam sententiam dicitur. Videtur autem Epicharmus hanc vocem, quae proprie de rebus oppigneratis dicitur, ad homines aere alieno ob-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

strictos transtulisse. Reliqua ita scribenda suspicabar, καὶ βαλλιαζόντεσσι τόσσον χρῆμ' ἔοι. Sed λωτε unde irrepserit sane difficile dictu est. De χρῆμα pro χρήματα dicto cfr. Koenium ad Greg. Corinth. p. 183. Denique βαλλιάζειν pro βαλλίζειν dicere potuit Epicharmus notissimo usu, de quo dixit Lobeckius Pathol. p. 481.

IX p. 369 e. Εὔδημος κράμβης φησὶν εἶναι γένη τρία, τῆς τε καλουμένης ἁλμυρίδος καὶ λειοφύλλου καὶ σελινουσίης. Et paucis interiectis: ἡ δὲ σελινουσία τὴν ὀνομασίαν ἔχει διὰ τὴν οὐλότητα. A nomine σέλινον fingi non potuit adiectivum σελινούσιος, quod ad Σελινοῦς revocandum esset. Adde quod primo loco oportuit σελινουσίας. Scribendum igitur σελινούσσης et σελινοῦσσα. Alias hoc brassicae genus κράμβη σελινοειδὴς dicebatur, teste Plinio H.N. XX, 33.

IX p. 371 f. μνημονεύει τῶν γηθυλλίδων καὶ Ἐπίχαρμος ἐν Φιλοκτήτῃ οὕτως „ἐν δὲ σκόροδα δύο καὶ γαθυλλίδες δύο." Codd. AC. γηθυλλίδας. Scribendum suspicor: ἓν δὲ σκορόδιον καὶ δύω γαθυλλίδας. Quibus verbis tenuis Philoctetae victus describi videtur. In eiusdem poetae loco ex Ulixe transfuga p. 374 e. δέλφακά τε τῶν γειτόνων τοῖς Ἐλευσινίοις φυλάσσων δαιμονίως ἀπώλεσα etc. pro γειτόνων nescio an κρειττόνων scribendum sit. Versu quarto malim ὤμνυ' ἐμὲ τὸν δέλφακα.

IX p. 395 c. Nicander: καί τε σύγε θρέψαιο Δρακοντιάδας διτοκεύσας, ἢ Σικελὰς Μεγάροιο πελειάδας. Nec Μέγαρον dicitur pro Μέγαρα, nec si diceretur, genitivus ad structuram loci aptum esset. Accedit quod Siculas quidem columbas multi, Megarenses autem κατ' ἐξοχήν quantum scio, nemo celebravit. Corrigendum igitur μεγάροισι.

IX p. 396 d. Ἡνίοχος Πολυεύκτῳ· Ὁ βοῦς ὁ χαλκοῦς ἦν ἂν ἐφθὸς δεκάπαλαι· ὁ δ' ἴσως γαλαθηνὸν τέθυκε τὸν χοῖρον λαβών. Quod Fragm. Com. III p. 561. dixi respici his verbis haud dubie notum aliquod simulacrum bovis aenei, id planissime postea confirmatum reperi glossa Hesychii, Βοῦς ἐν πόλει: χαλκοῦς ὑπὸ τῆς βουλῆς ἀνατεθείς. Itaque in acropoli hoc bovis simulacrum positum erat, quod quum arte et magnitudine insigne esset, factum est ut βοῦς ἐν πόλει proverbialiter de rebus magnificis et quae animum admiratione percellerent diceretur. Diogen. III, 67. Βοῦς ἐν πόλει: ἐπὶ τῶν θαυμαζομένων. Appendix Prov. Vat. I, 25. Βοῦς ἐν πόλει: ἐπὶ τῶν παραδόξων καὶ θαυμαζομένων. Λυσίας γὰρ ἀνέθηκε βοῦν ἐν ἀκροπόλει. Quae in cod. S. Germ. apud Bast. Ep. crit. p. 134. ita scripta sunt: Λυσανίας δὲ εἶπε βοῦν ἐν ἀκροπόλει. Quae quomodo cum Hesychio, effigiem illam bovis se-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

natus auctoritate dedicatam dicente, conciliari possint non video nisi ita ut aut Lysias senatus consulti auctor habeatur, aut probata cod. Sangerm. scriptura Lysaniam sculptoris nomen fuisse statuamus, quo pacto εἶπε ex ἐποίει corruptum videri possit. Lysaniam sculptorem ex titulo a Winkelmanno Operum vol. VI, 2. p. 342. edito memoravit Silligius. Ceterum eiusdem huius simulacri memoriam apud Hesychium obliteratam suspicor in hac glossa, Κριὸς ἀσελγόκερως: ἦν ἐν τῇ ἀκροπόλει κριὸς ἀνακείμενος μέγας χαλκοῦς. ἀσελγόκερων δὲ αὐτὸν εἶπε Πλάτων ὁ κωμικός, διὰ τὸ μέγαν εἶναι, καὶ συναριθμεῖ αὐτῷ τόν γε Δούριον ἵππον. Quo loco quum pro τόν γε recte codex habeat τόν τε, apertum est excidisse aliquid, quod Plato propter magnitudinem simul cum Durio equo et ariete coniunxerat. Scribendum igitur suspicor: τόν τε Δούριον ἵππον καὶ τὸν βοῦν τὸν χαλκουν.

IX p. 399 a. ὁ τὴν τῶν Ἀτρειδῶν κάθοδον πεποιηκὼς ἐν τῷ τρίτῳ φησίν· Ἴσον δ' Ἑρμιονεὺς ποσὶ καρπαλίμοισι μεταστρών. Pro Ἴσον Casaubonus Νῖσον tentabat, non memor Homeri Il. XI, 101. αὐτὰρ ὁ βῆ ῥ' Ἴσόν τε καὶ Ἄντιφον ἐξεναρίξων. Hermioneus Argivi nomen esse videtur.

IX p. 402 b. καὶ Σληρίας, εἷς δ' ἐστὶν οὗτος τῆς Ἰταλικῆς καλουμένης κωμῳδίας ποιητής. Ita Dindorfius edidit Colomesii iudicium sequutus, quum libri habeant Σκίρας. Ac sane ita scribitur hoc nomen apud Stobaeum Flor. II, 9. XVIII, 2. CIII, 4. quibus locis lemma est Σκληρίου, quod Photius Bibl. 167, p. 115. male revocavit ad nominativum Σκλήριος. Non dubitandum tamen quin restituenda sit librorum scriptura. Quum enim σκιρός et σκληρός nonnisi forma inter se differant, v. Salmas. ad Tertull. de Pall. p. 297. et Lobeck. Aglaoph. p. 1314. apertum est eundem hominem et Σκίραν vel Σκιρίαν et Σκληρίαν nominari potuisse. Nominis Σκίρας exemplum habemus item apud Diognetum Herodiani Dict. solit. p. 11, 29. Κόλλον τὸν Σκίρου. Nisi id ad Σκίρος revocandum. Denique apud Ioa. Lydum de Magistr. I, 40. Ῥίνθωνα καὶ Ἀσκήραν καὶ Βλαῖσον καὶ τοὺς (hoc delendum) ἄλλους τῶν Πυθαγορείων ἴσμεν κωμικῶν διδαγμάτων ἐπὶ τῆς μεγάλης Ἑλλάδος γενέσθαι καθηγητάς, pro Ἀσκήραν potius Σκίραν quam Σκληρίαν corrigendum est. Ad poesin Scirae quod attinet, fuit ea Rhintonicae simillima maximeque in tragicorum poetarum parodia versabatur. Quod Stobaeus Flor. CIII, 4. eidem poetae tribuit carmen nobilissimum Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνατῷ κ. τ. λ. id quod errore acciderit indicavi Fragm. Com. graec. III p. 169.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

IX p. 406 d. ἀλλ' ἔγωγε, φησὶν ὁ Δημόκριτος (unus convivarum), οὐκ ὢν λαβάργυρος ὡρολογητὴς κατὰ τὸν Τίμωνος Πρόδειπνον, λέξω τὰ περὶ τοῦ Ἡγήμονος. Parum probabili coniectura Schweighaeuserus κατὰ τὸ Τίμωνος Περίδειπνον scribendum existimat, eum Timonis Phliasii librum indicari ratus, quem Ἀρκεσιλάου περίδειπνον, Arcesilai silicernium, inscriptum fuisse testatur Diogenes Laert. IX, 115. Mihi Athenaeus κατὰ τὸν Τίμωνος Πρόδικον scripsisse et verbis λαβάργυρος ὡρολογητής ipse Prodicus indicari videtur. Eum ὡρολογητήν a Timone appellatum credo propter Horas, quo titulo Prodicus librum inscripserat eum, ex quo Xenophon nobilem de Hercule in bivio sedente fabulam darivavit; λαβάργυρον autem eum dixit propterea quod hunc ipsum librum Prodicus graecas civitates obiens recitabat magnamque ab auditoribus mercedem exigebat. V. Philostr. V. S. I p. 482.

X p. 414 d. καὶ ὁ Ἀχαιὸς δὲ ὁ Ἐρετριεὺς περὶ τῆς εὐεξίας τῶν ἀθλητῶν διηγούμενός φησιν·

Γυμνοὶ γὰρ ᾤθουν φαιδίμους βραχίονας,
ἥβῃ σφριγῶντες ἐμπορεύονται, νέῳ
στίλβοντες ἄνθει καρτερὰς ἐπωμίδας.

Apertum est vitiosum esse quod primo versu legitur ᾤθουν, pro quo tamen non scripserim cum Bergkio Comment. de Comoed. ant. p. 423. γυμνοὶ γὰρ ὤμους, φαιδίμους βραχίονας ἥβῃ σφριγῶντες. Fortasse corrigendum γυμνοὶ δ' ἄνωθεν φαιδίμους βραχίονας, nudati superne brachia. Simili corruptela apud Athenaeum XIV p. 651 f. libri habent γαραίδων pro δαναίδων. Recte autem viri docti hoc fragmentum ad eam fabulam, quam Ἆθλα vel Ἆθλοι Achaeus inscripserat, rettulerunt. Ex eo item aliud fragmentum ex eadem ut videtur scena petitum servavit Athenaeus X p. 418 a.

Πότερα θεωροῖς εἴτ' ἀγωνισταῖς λέγεις;
Β. πόλλ' ἐσθίουσιν ὡς ἐπασκούντων τρόπος.
Α. ποδαποὶ γάρ εἰσιν οἱ ξένοι; Β. Βοιώτιοι.

Quorum versuum primo editores nimis patienter tulerunt particulam εἴτε, quae in graeco sermone non magis post πότερα inferri potest, quam in latino sive post utrum. Suspicor in superioribus personam B nuntiasse adventum hospitum, iisque largas et exquisitas epulas apponendas esse dixisse. Quibus auditis alter mirabundus interrogat:

πότερα θεωροῖς ἢ ταγηνισταῖς λέγεις;

His quod infertur deinceps πόλλ' ἐσθίουσιν item dativus est participii.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ταγηνισταὶ qui dicti fuerint, notum est ex cognomine fabula Aristophanis. Ceterum Ἆθλα, quam pro tragoedia habuit Urlichs Fragm. Achaei Eretr. p. 21. recte satyricum drama fuisse existimat Welckerus Trag. gr. III p. 960.

X p. 22 a. ἐν Σθενεβοίᾳ δ' ὁ Εὐριπίδης περὶ εὐτελείας λέγων·

Βίος δὲ πορφυροῦς θαλάσσιος
οὐκ εὐτράπεζος, ἀλλ' ἐπάκτιοι φάτναι·
ὑγρὰ δὲ μήτηρ, οὐ πεδοστιβὴς τροφός, —

Recte Matthiaeus piscatorum haec verba esse arbitratur de Stheneboeae exitu nuntium afferentium. Sed minus bene idem versu primo πορφυροῦς βίος de vita marina interpretatur. Mihi poeta πορφυρεῦσιν ἐνθαλάσσιος scripsisse videbatur, ut purpurarum piscatores poeta loquentes introduxerit. Horum igitur vitam in undis versari et mensae deliciis carere dicit. Fragmentis Stheneboeae haud contemnendum supplementum nuper accessit ex schol. Ven. ad Aristoph. Pac. 123. ὁ λόγος Σθενεβοίας Εὐριπίδου· τινὲς δὲ οἴονται ἐκ Βελλεροφόντου παρῳδῆσαι (παρῳδῆσθαι)· πέλας δὲ ταύτης δεινὸς ἵδρυται κράτος ἔνθηρος ἢ ληστὴς φρουρεῖται κλύδωνι δεινῷ καὶ βροτοστόνῳ βρέμει πτηνὸς πορεύσει. Designari locum monstris et periculis plenum intellexit Matthiaeus, qui illis verbis aliquem Stheneboeam a consilio Bellerophontem in Lyciam sequendi deterrere conatum esse non male suspicatur. Verba ipsa, nisi quod de primi versus emendatione aliquid dubitationis restat, satis certa coniectura in hunc modum restitui possunt:

Πέλας δὲ ταύτης δεινὸς ἵδρυται Κράγος
ἔνθηρος, ᾗ ληστῆρσι φρουρεῖται πόρος
κλύδωνι δεινῷ καὶ βροτοκτόνῳ βρέμων.
Β. πτηνὸς πορεύσει πῶλος· οὐ ναυσθλώσομαι.

Ita enim haec postrema redintegranda sunt ex ipso illo, ad quem haec proferuntur, loco Aristophanis, in quo sciscitanti filiolae, ecquam pater Trygaeus itineris conficiendi rationem habeat, καὶ τίς πόρος σοι τῆς ὁδοῦ γενήσεται; ναῦς μὲν γὰρ οὐκ ἄξει σε ταύτην τὴν ὁδόν, Trygaeus respondet: πτηνὸς πορεύσει πῶλος· οὐ ναυσθλώσομαι. Quae ipsa Euripidis verba esse vel oratio indicat. Versu secundo ἔνθηρος est feris monstrisque repletus ut in Rheso vs. 279. δρυμὸν νυκτὸς ἔνθηρον μολών. Recte autem sine dubio πόρος supplevi; quam in rem comparandus est Cratinus in Seriphiis fragm. IV p. 186. τοῖς λωποδύταις ὁ πόρος πεινῶσι παφλάζει, quae item ex itineris descriptione derivata sunt. Licebit autem illud fragmentum alio prae-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

terea versu augere, quem itidem in rem suam convertit Aristophanes Pac. 140:

τί δ' ἢν ἐς ὑγρὸν πόντιον πέσῃ βάθος;

Ubi scholiastes: τοὺς τραγικοὺς παίζει διὰ τὰ περὶ Ἰκάρου λεγόμενα. Quod probat Dindorfius. Atqui Icari fabula a nullo unquam poeta tragico tractata est. Euripidis esse e Stheneboea versum sequentia docent ex alio commentatore excerpta: δοκεῖ ὁ Βελλεροφόντης τὴν τοῦ Προίτου γυναῖκα μετὰ τὴν τῆς χιμαίρας ἀναίρεσιν ἐπανελθὼν εἰς Κόρινθον ἀπατῆσαι ὡς ἔξων γυναῖκα καὶ ἐπιβιβάσας τοῦ Πηγάσου εἰς μέσην ῥῖψαι τὴν θάλατταν. Quibus verbis Stheneboeae argumentum explicari docet schol. Medic. apud Welcker. Trag. gr. p. 778. in quo vs. 10 scribendum: ἀπόληται, δέλτον δὲ γράψας ἐκέλευσε πρὸς Ἰοβάτην διακομίζειν.

X p. 427 c. Ἀχαιὸς δ' ἐν Αἴθωνι σατυρικῷ τοὺς σατύρους ποιεῖ δυσχεραίνοντας ἐπὶ τῷ ὑδαρῆ πίνειν καὶ λέγοντας

Μῶν Ἀχελῷος ἦν κεκραμένος πολύς;
Β. ἀλλ' οὐδὲ λεῖξαι τοῦδε τῷ γένει θέμις.
Α. καλῶς μὲν οὖν ἄγειν * * Σκύθῃ πιεῖν.

Ita duos primos versus correxi olim ad Euphor. ed. pr. p. 119 et in Add. sequutusque est Dindorfius: libri μῶν Ἀχελῷος et οὐδὲ λῆξαι. Sed praeterea nonnihil offensionis habet imperfectum ἦν. Non enim de re praeterita confabulantur Satyrus et alter qui huic respondet interlocutor. Itaque malim: μῶν Ἀχελῷος ἐγκεκραμένος πολύς; De tertio versu variae prostant virorum doctorum coniecturae, sed quarum nulla probari potest. Achaeus scripsisse videtur: καλῶς μὲν οὖν ἂν ἐγχέοις Σκύθῃ πιεῖν. Hoc enim est quod docere voluit Athenaeus, Scythas esse ἀκρατοπότας.

X p. 434 c. Νικοβούλη δὲ ἡ ὁ ἀναθεὶς ταύτῃ τὰ συγγράμματά φησιν ὅτι παρὰ Μηδείῳ τῷ Θεσσαλῷ δειπνῶν ὁ Ἀλέξανδρος εἴκοσιν οὖσιν ἐν τῷ συμποσίῳ πᾶσι προὔπιε παρὰ πάντων τὰ ἴσα λαμβάνων. Viginti compotatores habemus item in Carani convivio ab Hippolocho ap. Athen. IV p. 128 c. descripto, ubi non erat quod maiorem numerum requireret Casaubonus. Medius autem a Nicobula memoratus Oxythemidis fuit filius, patria Larisaeus, unusque ex Alexandri amicis regique inprimis carus. De eo vide Arrian. Ind. 18. et ubi idem convivium memoratur Exped. VII, 24 sq. De eodem intellige Plutarch. in V. Demetrii c. 19. Praec. sanit. p. 124 d. aliisque locis a Wyttenbachio ad Plutarchum Adul. et am. p. 65 c. indicatis. Eundem historici operis auctorem fuisse docet Strabo XIV p. 530. τούτου

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

(Armenii Thessali) φασὶν ἐπώνυμον τὴν Ἀρμενίαν οἱ περὶ Κυρσίλον τὸν Φαρσάλιον καὶ Μήδιον τὸν Λαρισαῖον, ἄνδρες συνεστρατευκότες Ἀλεξάνδρῳ. Cfr. Lucianus Macrob. cap. 11. Ἀντίγονος δὲ υἱὸς μὲν ἦν Δημητρίου — οὗτος τέτταρα καὶ τετταράκοντα Μακεδόνων ἐβασίλευσεν ἔτη, ἐβίωσε δὲ ὀγδοήκοντα, ὡς Μήδιός τε ἱστορεῖ καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. Ex quo eum supra Antigoni aetatem vixisse intelligitur, fuitque haud dubie cognationis vinculo coniunctus cum illo Medio, qui Olymp. 96, 2. cum Lycophrone, Pheraeorum tyranno, de Thessaliae principatu bellavit. V. Diodor. Sic. XIV, 82. cll. Buttmanno Mythol. II p. 286. Ceterum nomen hoc constanter scribitur Μήδιος, idque etiam Athenaeo restituendum.

X p. 436 a. Theopompus: καὶ Ἱππαρῖνον δὲ τὸν τοῦ Διονυσίου φησὶν ὑπὸ μέθης τυραννουντα ἀποσφαγῆναι. Quid sit ὑπὸ μέθης τυραννεῖν non intelligo. Hipparinum ebrium a puero, quem deperiret, interfectum esse narrat Parthenius Erot. 24. Hinc Theopompum scripsisse suspicor ὑπὸ μέθης παροινοῦντα i. e. ὑβρίζοντα.

X p. 453 a. λοιδορῶν αὐτὸν ὡς εὐρύστομον. Codd. A et P ὡς εἰς εὐρύστομον. Quod revocandum, aut si alterutrum delendum, delendum ὡς potius quam εἰς. Machon Athen. XIII p. 581 e. ἔσκωπτεν εἰς Ἄδωνιν. Hegesander X p. 444 d. ὁ Κομηὼν εἰς κυβευτὴν σκώπτων τὸν Ῥοδοφῶντα. Quae sequuntur apud Athenaeum: ἀρχαιότατος δ' ἐστὶν ὁ λογικὸς γρῖφος καὶ τῆς τοῦ γριφεύειν φύσεως οἰκειότατος „Τί πάντες οὐκ ἐπιστάμενοι διδάσκομεν;" καὶ „τί ταὐτὸν οὐδαμοῦ καὶ πανταχοῦ;" καὶ πρὸς τούτοις „τί ταὐτὸν ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς καὶ ἐν θαλάττῃ;" Haec griphorum exempla metrica sunt. In secundo post ταὐτόν addendum ἐστίν. Ad tertii griphi exemplum, quod ita scribendum videtur τί ταὐτόν ἐστ' ἐν οὐρανῷ κἀν γῇ τε καὶ θαλάττῃ, Aristophanes composuit aenigma de Cleonymo Vesp. 21 sq. πῶς δή — ὅτι ταὐτὸν ἐν γῇ τ' ἀπέβαλεν κἀν οὐρανῷ κἀν τῇ θαλάττῃ θηρίον τὴν ἀσπίδα;

X p. 457 c. Clearchus veteres inter pocula non illiberales sermones contulisse dicit, ἀλλὰ μᾶλλον τὰς τοιαύτας (ζητήσεις), τῷ πρώτῳ ἔπος ἰαμβεῖον εἰπόντι τὸ ἐχόμενον ἕκαστον λέγειν, καὶ τῷ κεφάλαιον εἰπόντι ἀντειπεῖν τὸ ἑτέρου ποιητοῦ τινος, εἰ τὴν αὐτὴν εἶπε (εἶχε?) γνώμην· ἔτι δὲ λέγειν ἕκαστον ἰαμβεῖον. Casaubono ἰαμβεῖον quod post ἔπος legitur delenti non assentiar. Scribendum potius ἔπος ἢ ἰαμβεῖον. Hoc enim dici debuisse videtur: quum unus epici vel dramatici poetae versum protulisset, alter alterum, tertius tertium recitare tenebatur. E. c. primus recitabat ἄνδρα μοι ἔννεπε Μοῦσα

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

πολύτροπον ὃς μάλα πολλά, secundus πλάγχθη ἐπεὶ Τροίης, et sic deinceps reliqui reliquos. Quod mox sequitur κεφάλαιον, de sententia morali uno vel pluribus versibus inclusa interpretandum videtur, quo sensu Φωκυλίδου κεφάλαια me legere memini. Denique ubi ad finem lusus perventum erat, singuli convivae corollarii loco singulos iambos recitare iubebantur sive ex tempore fusos sive ex poetarum carminibus derivatos.

XI p. 463 f. Critias Thessalos in conviviis cuicunque libuerit propinare dicit, Λακεδαιμόνιοι δὲ τὴν παρ' αὐτῷ ἕκαστος πίνει, ὁ δὲ παῖς οἰνοχοεῖ ὅσον ἂν ἀποπίῃ. Non aptum h. l. verbum οἰνοχοεῖν, pro quo potius ἐπιχέειν requiro. Nec habent id codd. in quibus haec ita scripta sunt: ὁ δὲ παῖς ὁ οἰνοχόος ὅσον ἂν ἀποπίῃ. Quod revocandum haud dubie, sed ita ut post οἰνοχόος inseratur quod facile excidere potuit ἐπιχέει.

XI p. 476 f. ὡς ἱστορεῖ Ἀμμώνιος ἐν τρίτῃ τῶν περὶ βωμῶν καὶ θυσιῶν. Hic plenus fuit huius scripti titulus, quemadmodum est etiam apud Harpocrat. s. v. Ἀμαζόνιον, qui aliis locis s. v. ἐσχάρα et θόλος brevius vocat περὶ βωμῶν. Atque ita etiam interpres Hermogenis in Walzii Rhet. VI p. 393. ex quo Ammonium illum Atheniensem fuisse discimus: Ἀπάρχου Ἀφροδίτης ἱερὸν ἱδρύσατο ἐν Πειραιεῖ, ὡς Ἀμμώνιος ὁ Λαμπρεύς (Λαμπτρεύς). Qui quod eum a demo, cui adscriptus fuit, denominavit, indicio esse videtur satis antiquum scriptorem fuisse. Eiusdem argumenti librum, περὶ ἑορτῶν καὶ θυσιῶν inscriptum, composuerat Habro Calliae filius, teste Stephano Byzant. s. v. Βάτη p. 213: ὅθεν Ἅβρων ὁ Καλλίου, ἐξηγητής, περὶ ἑορτῶν καὶ θυσιῶν γεγραφώς. Quae verba ab aliis perperam accepta recte intellexit Ruhnkenius ad Tim. p. 10. Habronem hunc eius Calliae fuisse filium, cuius sororem Lycurgus orator in matrimonium duxerat, effici potest ex Plutarcho Vit. dec. oratt. p. 482 sq. Idem Habronis opus laudari videtur ab Apollonio Dysc. Hist. mirab. c. 8. Ἄνδρων περὶ θυσιῶν πρὸς Φίλιππον. Ubi Ἅβρων scribendum suspicor. Philippum autem, cui dedicavit librum suum Habro, intelligo Aexoniensem, patrem Callistomachae, quae nupserat Lycophroni, Lycurgi oratoris filio. V. Plutarch l. l. De Atticis sacris scripserat etiam Apollonius Acharnensis, laudatus ille a schol. Aristoph. Nub. 407. Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ἀχαρνεὺς τὰ Διάσια διακρίνει ἀπὸ τῆς τοῦ Μειλιχίου Διὸς ἑορτῆς. Quo loco Dindorfius Ἀχαρνεύς ex Τυανεύς corruptum esse suspicatur. Tyanensis enim Apollonii scriptum περὶ θυσιῶν memorari a Philostrato V. A. p. 156. Sed huius quidem librum, qui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

totus in commendanda sacrificiorum sanctimonia versabatur, a docta rerum sacrarum explicatione remotissimum fuisse quum per se probabile sit, tum ex iis intelligitur quae ex eo attulit Eusebius Praep. Ev. IV, 13. At rectissime Apollonium a scholiasta perhiberi Acharnensem docet Harpocratio v. πέλανος p. 149, 23. ubi laudatur Ἀπολλώνιος ὁ Ἀχαρνεὺς ἐν τῷ περὶ τῶν ἑορτῶν.

XI p. 478 a. De poculo quod κόνδυ dicebant disserens inter alia affert Pancratis, poetae Aegyptiaci, versus ex primo libro Κογχορηίδος·

Αὐτὰρ ὅγε σπείσας ἐκ κόνδυος ἀργυφέοιο
νέκταρ ἐπ' ἀλλοδαπὴν οἶμον ἔβαινε πόδα.

Recte Bergkius in Museo Rhen. nov. I, 1. p. 355 ἀργυρέοιο corrigit; pro Κογχορηίδος autem non Κοσδρηίδος scribendum, sed Βογχορηίδος. De Bocchoride rege Aegyptiorum, filio Neochabis Athen. X p. 418 e. vel Technactis Plutarch. Is. et Osir. p. 354 b. multa apud veteres ferebantur (v. Wessel. ad Diod. Sic. I, 94. cll. Plutarcho Demetr. 27) quae poetae Alexandrino Aegyptiacae antiquitatis memoriam recolenti carminis argumentum praebere poterant haud absurdum.

XI p. 478 c. De cotylo poculi genere disserens inter alia Eubuli verba affert ἐν Ὀδυσσεῖ ἢ Πανόπταις posita: Ὁ δ' ἱερεὺς εὐήγορος ἐν μέσοις αὐτοῖσιν ἑστὼς τὴν καλὴν σκευὴν ἔχων οἶνον ἐξέσπενδε κοτύλῳ. Non recte haec tractavi Fragm. Com. III p. 240. Nunc pro εὐήγορος requiro participium εὐηγορῶν. Cfr. Callimachus Lav. Pall. 138. ἀλλὰ δέχεσθε τὰν θεόν, ὦ κῶραι, σύν τ' εὐαγορίᾳ σύν τ' εὔγμασι.

XI p. 478 c. ex Polemone: μετὰ δὲ ταῦτα τὴν τελετὴν ποιεῖ (ὁ ἱεροφάντης) καὶ αἱρεῖται ἐκ τῆς θαλάμης, καὶ νέμει ὅσοι ἄνω τὸ κέρνος περιενηνοχότες. Recipienda erat Casauboni emendatio ὅσοι ἂν ὦσι τὸ κέρνος. Praeterea scribendum videtur καὶ αἱρεῖ τὰ ἐκ τῆς θαλάμης.

XI p. 483 b. Critiae verba de cothone Laconico ita corrigenda suspicor: κώθων Λακωνικὸς ἔκπωμα ἐπιτηδειότατον εἰς στρατείαν καὶ εὐφορώτατον ἐν γυλιῷ· τοῦ δὲ ἕνεκα; στρατιωτικὸν πολλάκις ἀνάγκη ὕδωρ πίνειν οὐ καθαρόν· πρῶτον μὲν οὖν τοῦ μὴ λίαν κατάδηλον εἶναι τὸ πῶμα, εἶτα ἄμβωνας ὁ κώθων ἔχων ὑπολείπει τὸ οὐ καθαρὸν ἐν αὐτῷ. Cothonem ad expeditiones commodissimum esse dicit. Quam ob causam? militarem hominem saepe necesse est aquam bibere impuram. Primum igitur quoniam cothone qui utuntur aquam suis ipsi oculis non accurate cer-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nunt etc. In hac sententiae conformatione concisam et ἀσύνδετον Critiae in dicendo brevitatem facile agnoscas. Quam in rem non inepte compares eiusdem scriptoris locum apud Clementem Alexandr. Strom. VI p. 741, 6: ἄρχομαι δέ τοι ἀπὸ γενετῆς ἀνθρώπου. πῶς ἂν βέλτιστος τὸ σῶμα γένοιτο καὶ ἰσχυρότατος; εἰ ὁ φυτεύων γυμνάζοιτο καὶ ἐσθίοι ἐρρωμένως καὶ ταλαιπωροίη τὸ σῶμα. Ita enim haec distinguenda sunt.

XI p. 486 c. In postremo disticho carminis Hedyli, ἦν σάου πάντως, ὡς καὶ πάντων ἐπ' ἐκείνης σοὶ τοῖχοι γλυκερῶν σῦλα φέρωσι πόθων, non perspicio qua lege σάου primam syllabam producat. Scribendum videtur ἦν σὺ σάου. Nec ἐπ' ἐκείνης intelligo. Recte VL ἀπ' ἐκείνης. Coniunge σῦλα ἀπὸ πάντων ἐκείνης πόθων, i. e. ut paries tuus omnium illius amorum exuvias praeferat. De Hedylo poeta alias dicam explicatius; nunc hoc unum monere iuvat, eundem hunc poetam Callimachi epigrammata commentariis illustravisse, id quod effici potest ex verbis Etymol. M. v. ἀλυτάρχης p. 72, 12. Ἡδύλος δὲ εἰς τὴν ἐπιγραφὴν Καλλιμάχου διὰ δύο λάμβδα ὀνομάζει τοὺς ἀλύτας ἀλλύτας. Haec quum ego multos ante annos ita correxissem: Ἡδύλος δὲ εἰς τὰ ἐπιγράμματα Καλλιμάχου, nunc eam emendationem plane confirmatam reperio Etymol. MS. apud Cramerum An. Par. IV p. 6, 23.

XI p. 503 d. E Nicandro Thyatireno docetur ψυκτήρια esse ἀλσώδεις καὶ συσκίους τόπους, ἐν οἷς ἔστιν ἀναψῦξαι. Idque deinceps confirmatur Aeschyli loco e Νεανίσκοις, et Euripidis e Phaethonte: ψυκτήρια δένδρεα φίλαισιν ὠλέναισι δέξεται. Pro δένδρεα recte Dobraeus δένδρων. Ceterum Matthiaeus ista Meropis verba esse suspicatur, locum ubi Phaethon sepeliatur sic demonstrantis. Quae parum probabilis coniectura est, quamvis Welckerum adstipulatorem nacta in egregio opere quo de graecis tragoediis explicuit. Mihi Solis verba esse videntur, Phaethontem ut ne periculorum iter ineat obtestantis. Aptissime comparari possunt haec Ovidii Metam. II, 76.

Forsitan et lucos illic urbesque domosque
Concipias animo, delubraque ditia donis
Esse; per insidias iter est formasque ferarum.

Haec si vera sunt, apertum est addendam esse quae ante ψυκτήρια facile oblitterari potuit particulam οὔ. Integra si extaret Euripidis tragoedia, in aliis etiam locis puto Ovidium cum graeco poeta consentire intelligeremus. Ex eadem Solis oratione partem servavit Clemens Alex. Paed. III, 2.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

μὴ θίγῃς ἡνιῶν ἄπειρος ὢν μηδὲ ἀναβῇς τὸν δίφρον ἐλαύνειν μὴ μαθών. Quae ab aliis aliter tentata mihi ita scribi posse videntur:

μή μοι θίγῃς τῶν ἡνιῶν ἄπειρος ὤν,
μηδ' ἐπαναβῇς τὸν δίφρον οὐ μαθὼν ἐλᾶν.

Forma ἐλᾶν Euripides usus est in eiusdem fabulae Fragm. X. ex Longino Subl. 15. quod item ex Solis oratione derivatum est:

πατὴρ δ' ὄπισθε νῶτα σειραίου βεβὼς
ἵππευε, παῖδα νουθετῶν· ἐκεῖσ' ἔλα,
τῇ ῥα στρέφ' ἅρμα τῇδε.

In his quin τῇ ῥα corruptum sit non dubitatur. Unus cod. quum habeat τῇ ῥ' ἔστρεφ', fortasse corrigendum τῇδε στρέφ' ἅρμα, τῇδε cll. Sophocle Oed. Col. 1544. τῇδ', ὧδε βᾶτε, τῇδε. Eiusdem fabulae fragmentum decimum septimum ex Stobaeo Flor. 93, 2. ita constituendum videtur:

Δεινόν γε· τοῖς πλουτοῦσι τοῦτο δ' ἔμφυτον
σκαιοῖσιν εἶναι· τί ποτε τούτου 'στ' αἴτιον;
ἆρ' ὄλβος αὐτοῖς ὅτι τυφλὸς συνηρετεῖ,
τυφλὰς ἔχουσι τὰς φρένας καὶ τῆς τύχης;

Versu quarto pro τύχης forsan τέχνης scribendum, ut opulenti in artibus nihil videre dicantur. Genitivus pendet a τυφλός. Ita Menander κωφὸς cum secundo casu coniunxit Aneps. I, 2. Secundo versu vulgo legitur τί ποτε τούτου ταὔτιον. Versu tertio pro συνηρεφεῖ reposui συνηρετεῖ cll. Lobeckio ad Soph. Aiac. 1329. Ad sententiam cfr. Aristoteles Probl. XXIX, 8. διὰ τί ὁ πλοῦτος ἐπὶ τὸ πολὺ παρὰ τοῖς φαύλοις μᾶλλον ἢ τοῖς ἐπιεικέσιν ἐστίν; ἢ διότι τυφλὸς ὢν τὴν διάνοιαν οὐ δύναται κρίνειν οὐδὲ αἱρεῖσθαι τὸ βέλτιστον. Eandem expressit poeta in Polyido (Fragm. X) apud Stobaeum Flor. 95, 7:

Πλουτεῖς· τὰ δ' ἄλλα μὴ δόκει ξυνιέναι·
ἐν τῷ γὰρ ὄλβῳ φαυλότης ἔνεστί τις,
πενία δὲ σοφίαν ἔλαχε διὰ τὸ δυστυχές.

Ita enim primus horum versuum scribendus est; vulgo soloece μὴ δοκεῖς ξυνιέναι. Denique ad Phaethontem referenda suspicor quae leguntur apud Plutarchum Tranquill. an. p. 463 a. τὸ τοῦ τραγικοῦ Μέροπος πέπονθας, οὐδ' ὡς ἐκεῖνον εὐδαιμονίζων ὁ ὄχλος ἐξέπληξε τῶν φυσικῶν παθῶν. Latet in his tragici poetae trimeter: εὐδαιμονίζων ὄχλος ἐξέπληξέ με. Quae a Merope Euripideo dicta fuisse suspicor post gratulationes faustasque acclamationes chori Fragm. III, 30-33.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

XII p. 516 c. Principibus artis coquinariae auctoribus enumeratis ita pergit: πρὸς τούτοις δὲ Στέφανος Ἀρχύτας Ἀκέστιος Ἀκεσίας Διοκλῆς Φιλιστίων. In his quum Ἀκέστιος, cuius nominis exemplum etiam apud Pausan. I, 37, 1. habemus, et Ἀκεσίας nonnisi diversae eiusdem nominis formae sint, aut alterutrum delendum suspicor aut interposito ἢ scribendum Ἀκέστιος ἢ Ἀκεσίας, quemadmodum etiam aliis locis Athenaeus loquitur, ubi de nominis forma incertus haeret, e. c. IX p. 393 e. De Archyta cfr. Anall. Alex. p. 354.

XIII p. 535 d. ἡ δὲ τριήρης ἐφ' ἧς αὐτὸς (Alcibiades) κατέπλει μέχρι μὲν τῶν κλείθρων τοῦ Πειραιέως προέτρεχεν ἱστίοις ἀλουργοῖς. Piraeei portuum, quos claustris munitos fuisse plurium scriptorum testimonio constat, nomina viri docti fuisse credunt Cantharum, Zeam, Aphrodisium. Ex his Canthari et Zeae frequens memoria. De Aphrodisio afferunt schol. Aristoph. Pac. 144. Κανθάρου λιμήν: μέρος τοῦ Πειραιῶς, ὡς Καλλικράτης φησὶν ἢ Μενεκλῆς ἐν τῷ περὶ Ἀθηνῶν γράφων οὕτως „ἔχει δὲ ὁ Πειραιεὺς λιμένας τρεῖς πάντας κλειστούς· εἷς μέν ἐστιν ὁ Κανθάρου λιμὴν καλούμενος, ἐν ᾧ τὰ νεώρια ἑξήκοντα, εἶτα Ἀφροδίσιον, εἶτα κύκλῳ τοῦ λιμένος στοαὶ πέντε. Atqui apertum est omnia ad unum Cantharum referenda esse, in quo primum navalia fuisse dicit, post navalia Aphrodisium i. e. Veneris templum, post Aphrodisium porticus. Veneris templum dicit haud dubie illud a Conone in Cnidiae victoriae memoriam conditum de quo Pausan. I, 1, 4. Sed in Callicratis verbis etiam ἑξήκοντα corruptum esse et res ipsa docet et ex articulo ineptissime ante νεώρια posito intelligitur. Itaque ἑξῆς scribendum suspicor, sed ita ut in reliquis litteris, κοντα, templi vel aedificii nomen latere videatur, quod proxime a navalibus situm erat. Tertius Piraeei portus, sublato Aphrodisio, fuit fortasse quem κωφὸν λιμένα dixit Xenophon Hell. II, 4, 31.

XIII p. 564 c. Σοφοκλῆς περὶ τοῦ κάλλους τοῦ Πέλοπος διαλεγομένην ποιήσας τὴν Ἱπποδάμειάν φησι

Τοιάνδ' ἐν ὄψει λύγγα θηρατηρίαν
ἔρωτος ἀστραπήν τιν' ὀμμάτων ἔχει.

Ita haec in libris scripta sunt. Nuper autem certatim viri docti corrigere voluerunt τοίαν Πέλοψ ἴυγγα, non memores illi eam iam Valckenarii ad Hippol. 468. fuisse coniecturam. Atqui Pelopis nomen si Athenaeus in Sophoclis versibus scriptum reperisset, nihil sane caussae habuisset cur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ista de Pelope intelligenda esse disertim lectorem admoneret. Nec ulla omnino correctionis caussa est. Λύγξ Hesychius interpretatur verbis τὸ πάθος ὁ λυγμός, καὶ τόξον. Quorum quod postremo memoravit aptissimum est ad Sophoclis locum, nisi quod hoc significatu illud nomen rectius scripseris λίγξ, utpote a verbo λίζειν vel λίγγειν, quo nervi stridor indicatur, formatum. Cfr. Lobeck. Paral. p. 110. Itaque Pelops in oculis amoris quasi arcum gestare dicitur. Cfr. Aeschylus Suppl. 983. πᾶς τις παρελθὼν ὄμματος θελκτήριον τόξευμ' ἔπεμψεν ἱμέρου νικώμενος.

XIII p. 581 a. Machon: σατράπης πάνυ γέρων ὡς ἐνενήκοντ' ὢν ἐτῶν. Ita Dindorfius correxit librorum scripturam ἐνενήκοντ' ἐτῶν. Bergkius Comment. de Ant. Com. p. 194 tentat ἐνενηκόντων ἐτῶν. Possis non minus commode ὡς ἂν ἐνενήκοντ' ἐτῶν. Vs. 9. καιρίμην non recte Schweighaeuserus de subito decrepiti senis amore interpretatur. Immo senex tanquam letali vulnere se affici sentiebat, quum audiret immane noctis pretium. Vs. 57. εὐτελῶς corruptum videtur; certe quo pacto Gnathaenium cum tribus asellis totidemque ancillarum uniusque praeterea agasonis nutricisque comitatu stipata εὐτελῶς i. e. tenuiter iter fecisse dici possit non intelligitur. Non dubito igitur quin Macho scripserit κατέβαινεν εὐμελῶς ἐπ' ἀστράβης, ut Gnathaena scite et concinne mulo vecta esse dicatur, quo sensu εὐμελῶς idem dixit apud Athen. XIII p. 577 d. εὐμελῶς κελητίσαι.

XIII p. 582 f. Machon: ὠνησόμενος χελιδονείας ἰσχάδας. Hirundineae ficus unde nomen traxerint satis constare videbatur ex iis quae interpretes Athenaei III p. 75 c. Schneiderus Ind. script. rei rust. p. 137. et in Lexico v. χελιδόνιος collegerunt, quum nuper H. Sauppius in doctissima epistola ad Hermannum p. 134 eas a Chelidonia, Atticae demo, denominatas esse docere conatus est. Atqui is commenticius demus est, recteque Lobeckius apud Arcadium p. 99, 15. Χελιδονιὰ νῆσος scripsit pro Χελιδονιὰ δῆμος. Quod enim singulari numero usus est Arcadius, quum alias constanter Χελιδονιαὶ νῆσοι commemorentur, id neque per se mirum videri potest, praesertim si compares Suidae glossam: Ἐχινάς, νήσου ὄνομα, neque hoc loco cur fecerit grammaticus quaerentem latebit. Itaque chelidonias uvas, etiam a Clem. Alex. Paed. II, 1. memoratas, non magis ac lepores chelidonios (Fragm. Com. graec. IV p. 375) a loco nomen traxisse arbitror. Ceterum νῆσος et δῆμος etiam alibi permutari docuit Dobraeus in Adversariis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

XIII p. 583 d. In Machonis versibus librorum scriptura efficit ut corrigendum putem: Πύθων, φήσ', ἐπεὶ ἤδη τι τῶν ὑῶν διάμεστος ἐγένετο, in quo ἤδη τι dictum est ut σχεδόν τι, ὁμοῦ τι et similia.

XIII p. 584 a. De meretricum in respondendo solertia loquitur: κατὰ γὰρ τὸν Ἀγάθωνα

γυνὴ τὸ σῶμα * * δι' ἀργίαν
ψυχῆς φρόνησιν ἐντὸς οὐκ ἀργὸν φέρει.

Priora Porsonus App. ad Aristoph. Nub. 53. Grotii vestigiis insistens ita constituit: γυνή τοι σώματος δι' ἀργίαν. At multo probabilius est Agathonem scripsisse: γυνὴ τὸ σῶμ' ἀνειμένη δι' ἀργίαν etc. Ἀνειμένος et ἀργός coniunxit etiam Plutarchus Fort. Alex. p. 332 e.

XIII p. 594 c. De Plangone Milesia et Bacchide Samia quum exposuisset Athenaeus addit: ἐφ' οἷς ἀγασθέντες, ὥς φησι Μενέστωρ ἐν τῷ περὶ ἀναθημάτων, Πασιφίλαν ἐκάλεσαν τὴν Πλαγγόνα. μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ἀρχίλοχος περὶ αὐτῆς ἐν τούτοις.

Συκῆ πετραίη πολλὰς βόσκουσα κορώνας,
εὐήθης ξείνων δέκτρια Πασιφίλη.

Plangonem memorat Anaxilas in Neottide et Timocles in Orestautoclide. Vixit igitur mediae comoediae temporibus. Nec minus de Bacchide constat, quae quum Pythionicam, Harpali concubinam, servam habuerit (Theopompus apud Athen. XIII p. 595 a.) et Glycerae aemula fuisse dicatur ab Alciphr. Epist. I, 29 Corinthi eam habitare fingente, de aetate eius nulla esse potest dubitatio. Samiam appellat Menestor apud Athen. l. l. Milesiam Plutarchus Erot. IX, 5. nisi ea, quod non credo, diversa fuit a Samia. Eandem duabus fabulis celebravit poeta Alexandri M. temporibus clarus Sopater Paphius, quarum altera Βακχίδος μνηστῆρες inscripta fuit, altera Βακχίδος γάμος. V. Athenaeum IV, 160. XIV, 656. aliisque locis. Adde incert. poet. com. in Fragm. Com. gr. IV p. 671. Haec ideo afferenda putavi, ut Archilochum Plangonem sive Pasiphilam commemorare non potuisse intelligatur; quocirca aut corruptum est nomen Archilochi aut Athenaeus Parii poetae carmen perperam de eadem illa Pasiphila interpretatus est. Cui quidem coniecturae ipsa poetae verba fidem faciunt, quae Archilochi Pasiphilen lenam fuisse haud obscure indicant. Cfr. Comic. gr. vol. IV p. 642.

XIII p. 595 c. Theopompus de Pythionice Harpali concubina:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἣν γὰρ πάντες ἥδεσαν κοινῆς δαπάνης κοινὴν τοῖς βουλομένοις γιγνομένην, ταύτης ἐτόλμησεν ὁ φίλος εἶναί σου φάσκων ἱερὸν καὶ τέμενος ἱδρύσασθαι. Verba κοινῆς δαπάνης Casaubonus deleri volebat; non docuit tamen unde illata fuerint. Scribendum potius ὀλίγης δαπάνης. Nimirum aberravit librarius ad sequens κοινήν, qui frequens errorum fons est.

XIII p. 595 f. καὶ τῆς μὲν Πυθιονίκης ὡς τεθνηκυίας μέμνηται (Agenis auctor), τῆς δὲ Γλυκέρας ὡς οὔσης παρ' αὐτῷ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις αἰτίας γενομένης τοῦ δωρεὰς λαμβάνειν παρ' Ἁρπάλου, λέγων ὧδε·

Ἔστιν δ' ὅπου μὲν ὁ κάλαμος πέφυχ' ὅδε
φέτωμ' ἄορνον· οὐξ ἀριστερᾶς δ' ὅδε
πόρνης ὁ κλεινὸς ναός, ὃν δὴ Παλλίδης
τεύξας κατέγνω διὰ τὸ πρᾶγμ' αὐτοῦ φυγήν κ. τ. λ.

Scenam igitur dramatis, cuius e prologo hi versus petiti sunt, Babylonem poeta transtulit, quod e tertio versu efficitur, ubi qui memoratur ναὸς πόρνης de Babylonio Pythionices monumento intelligendus est. Theopompus: ἐτόλμησεν (Harpalus) ἱερὸν καὶ τέμενος ἱδρύσασθαι καὶ προσαγορεῦσαι τὸν ναὸν καὶ τὸν βωμὸν Πυθιονίκης Ἀφροδίτης. In dextra scenae parte quid repraesentatum fuerit, incertum est propter corruptum illud ἐφέτωμα vel φέτωμα, in quo aliquando πέτρωμ' ἄορνον latere suspicabar, memor eorum quae rerum Alexandri scriptores de petra aorno memoriae tradidere. Sed obstat huic opinioni praeter alia arundinis in primo versu commemoratio, qua indicari videtur lacum potius quendam aornum hic commemoratum fuisse. Videant igitur acutiores. Nomen Παλλίδης, quo Harpalum significari diserto Athenaei indicio constat, ad quodnam etymon revocandum sit, vel quo acumine poeta Harpalo imposuerit nondum quaesitum video. Suspicabar olim ex Φαλλίδης corruptum esse, quo libidines hominis non male indicarentur. Vide de hoc nominum genere Lobeck. ad Soph. Ai. 880 et quae ipse attuli Com. graec. vol. II p. 22.

XII p. 596 d. Posidippus: Σαπφῷαι δὲ μένουσι φίλης ἔτι καὶ μενέουσιν ᾠδῆς αἱ λευκαὶ φθεγγόμεναι σελίδες. In his λευκὰς σελίδας Jacobsius ad Brunckii Anal. II, 1. p. 157. chartas illustres interpretatur. Vereor ut recte, ac scribendum puto αἱ λευκὰ φθεγγόμεναι σελίδες, clara et perspicua voce loquentes. V. Casaubon. ad Athen. IX p. 383 a.

XIII p. 596 f. ὡς οἱ τὰ Ἀργολικὰ γράψαντες ἱστοροῦσι. Consimili modo Schol. Ven. Homeri Il. ψ. 142. ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς Ἀργολικοῖς συγγραφεῦσι.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Res Argorum plures explicuerunt, Socrates, Agias, Dercylus, Ister, Anaxicrates aliique, quibus adde quem nunc primus in lucem produco incertae aetatis scriptorem Damenem. Herodianus de dict. sol. p. 32, 9. μόνον τὸ δαμὴν ἐφύλαξε τὸ η. δαμῆνος γὰρ ἐπιγράφεται ἀργολικαῖς. Scribendum Δαμῆνος γὰρ ἐπιγράφεται Ἀργολικά. Cfr. Choeroboscus apud Bekker. Anecd. p. 1360. ἀντίκειται τῷ κανόνι τῷ πρώτῳ τὸ Δαμήν, ἔχον τὸ η καὶ φυλάττον τὸ η ἐν τῇ γενικῇ. Δαμῆνος γάρ· ἔστι δὲ ὄνομα κύριον.

XIII p. 599 c. Anacreonti acute Seidlerus restituit νήνι ποικιλοσαμβάλῳ pro ποικίλος λαμβάνω. Proxime vero Grammat. Havn. apud Blochium ad Etymol. M. p. 966. νήνι ποικίλου ἀμβάλῳ. Rarissimi usus forma νῆνις restituenda Arcadio p. 32, 13. ubi editur νῖνις.

XIII p. 603 b. Dicaearchus de Alexandro Magno: ὥσπερ γὰρ ἦν ἐρωτικὸς ὁ βασιλεὺς οὗτος, οὕτως καὶ πρὸς τὸ καθῆκον ἐγκρατὴς καὶ πρὸς τὸ πρεπωδέστατον. Postrema aperte vitiosa sunt. Scribendum καὶ πρὸς τὸ πρέπον (vel πρεπῶδες) αἰδοιέστατος i. e. αἰδοιότατος. V. Eustath. ad Hom. p. 1441, 11.

XIII p. 608 e. In Chaeremonis versibus meo iudicio nulla potest esse dubitatio quin recte Iacobsius scribendum putaverit: κόμαισιν Ὡρῶν στέμματ' εὐανθῆ ῥόδα εἶχον τιθήνημ' ἔαρος ἐκπρεπέστατον. Vulgo σώματ' ἐυανθῆ, pro quo alii scribi voluerunt ζώματ' εὐανθῆ, non reputantes illi ζῶμα sic dici nullo pacto potuisse. In sequenti eiusdem poetae fragmento:

πολλὴν ὀπώραν Κύπριδος εἰσορᾶν παρῆν
ἄκραισι περκάζουσαν οἰνάνθαις χρόνου,

apertum est describi puellas amoribus maturescentes; eas notissima imagine uvis assimilavit poeta purpureum colorem ducentibus. Aberravit a loci sententia qui diligenter nuper de Chaeremone disseruit H. Bartsch p. 38.

XIII p. 614 a. Euripides in Melanippe, quum scurras se odio habere dixisset, ita pergit: κεῖς ἀνδρῶν μὲν οὐ τελοῦσιν ἀριθμόν, ἐν γέλωτι δ' εὐπρεπεῖς· οἰκοῦσι δ' οἴκους καὶ τὰ ναυστολούμενα δόμων ἔσω σώζουσιν. Haec etsi defendi possunt, probabile tamen est scripsisse poetam: ἐν γέλωτι δ' εὐπρεπεῖς οἰκοῦσιν οἴκους.

XIV p. 622 d. Σικυώνιοι μὲν γὰρ φαλλοφόρους αὐτοὺς (mimos) καλοῦσιν, ἄλλοι δ' αὐτοκαβδάλους· οἱ δὲ φλύακας, ὡς Ἰταλοί· σοφιστὰς δὲ οἱ πολλοί. Θηβαῖοι δὲ τὰ πολλὰ ἰδίως ὀνομάζειν εἰωθότες, ἐθελοντάς. In his quod mimos istos vulgo σοφιστάς appellatos esse dicit, novum est nec aliunde cognitum; videntur autem ideo sic appellati esse, quoniam non delectare tan-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tum sed etiam prodesse volebant. Ac constat sophistas et philosophos omnis generis poetas subinde dici. Rhintonem phlyacographum Hesychius s. v. ἄσεκτος Tarentinum philosophum appellat. Quod addidit Athenaeus, Thebanos multa singulariter et figurate dixisse, id in sequentibus insigni Strattidis loco comprobavit, ex quo eos ὀπισθότίλα de sepia, σάκτας de medico, κωτιλάς de hirundine et alia huius generis dixisse intelligitur. His addi potest ἀνωδόρκας, de quo Hesychius: Ἀνωδόρκας, βρίγχος ὁ ἰχθὺς ὑπὸ Θηβαίων. In sequentibus Athenaeus Semo auctore de Ithyphallis disputat: σιγῇ δὲ διὰ τοῦ πυλῶνος εἰσελθόντες, ὅταν κατὰ μέσην τὴν ὀρχήστραν γένωνται, ἐπιστρέφουσιν εἰς τὸ θέατρον λέγοντες·

Ἀνάγετ' ἀνάγετε πάντες· εὐρυχωρίαν
τῷ θεῷ ποιεῖτε.
θέλει γὰρ ὁ θεὸς ὀρθὸς ἐσφυδωμένος
διὰ μέσου βαδίζειν.

In his πυλῶνα dicit haud dubie conclave ex quo in orchestram aditus patebat, cuius in mediam partem quum venissent histriones, ad spectatores conversi ithyphallicum illud canebant, cuius primus versus in libris ita scriptus est: ἀνάγετε εὐρυχωρίαν. Quibus quam Tyrwhittus medelam attulit ἀνάγετ' ἀνάγετε κῶμον, εὐρυχωρίαν — ea immerito criticorum plausu excepta est: κώμου enim, si quid video, nullus hic locus est. Hoc tamen recte monuit ἀνάγετε bis scribendum esse. Cfr. Eurip. Phoen. 1369. ἀνάγετ' ἀνάγετε κωκυτόν. Scripsi igitur ἀνάγετ' ἀνάγετε πάντες, recedite, recedite omnes. Consimili modo apud Aristophanem Acharn. 239. appropinquante pompa chorus dicit: ἀλλὰ δεῦρο πᾶς ἐκποδών. Versu tertio vulgo legitur ἐθέλει et ἐσφυρωμένος, quod ἐσφυδωμένος scribendum esse monui Fragm. Com. graec. III p. 610. De phallophororum habitu Semus l. l. haec scripsit: οἱ δὲ φαλλοφόροι προσωπεῖον μὲν οὐ λαμβάνουσι, προπόλιον δὲ ἐξ ἐρπύλλου περιθέμενοι καὶ παιδέρωτας ἐπάνω τούτου ἐπιτίθενται στέφανόν τε δασὺν ἴων καὶ κιττοῦ. In his haud immerito interpretibus offensioni fuit vocabulum προπόλιον, quod qui προβόλιον scribi voluit Coraes (non Casaubonus ut Dindorfius dicit), venabulum pro capillitio intulisse censendus est. Rectius scribendum censuisset προκόμιον, de quo Pollux VII, 30. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ πηνίκη, καὶ προκόμιον προσθετὸν οὐ γυναιξὶ μόνον ἀλλὰ καὶ ἀνδρῶν οἱ ἐνδεῶς τριχῶν ἔχοντες εἰς κόμης λόγον πράττουσι. Ubi πράττουσι ex περιάπτουσι corruptum videtur. Confer praeterea Suidam s. v. πηνίκη. Forsan tamen servari potest προπόλιον, quod

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nomen quum proprie de capillitio canis obtegendis destinato dictum esse videatur, postea de quovis capillitio usurpari potuit.

XIV p. 622 e. ἐβουλεύετο τί χρὴ ποιεῖν, ἕως παρελθὼν ὁ Σόφων αὐτῷ μάγειρος γεγωνότερον ἐφθέγγετο, ὡς πάντας ἀκούειν, τὰ ἐξ Αὔγης ἔπη Εὐβούλου. Pro ἔπη, quod de iambicis versibus non dicere volet Athenaeus, cod. B habet εἶπεν. Idem cum reliquis libris post γεγωνότερον addit δέ, quod Schweighaeusero praeeunte delevit Dindorfius. Scribendum potius: ἕως παρελθὼν ὁ Σόφων αὐτῷ μάγειρος (γεγωνότερον δ' ἐφθέγγετο ὡς πάντας ἀκούειν) τὰ ἐξ Αὔγης εἶπεν Εὐβούλου.

XIV p. 629 e. παρὰ δὲ Συρακοσίοις καὶ χιτωνέας Ἀρτέμιδος ὄρχησίς τις ἐστιν ἴδιος καὶ αὔλησις. Haec verba Schweighaeuserus ita intellexit, ut χιτωνέας ipsum saltationis nomen fuisse idque masculino genere ὁ χιτωνέας efferendum existimaret. Non credo hoc fieri posse, sed corrigendum potius arbitror χιτωνέα. De Diana Chitonea dixit Stephanus Byz. p. 758. Χιτώνη: οὕτως ἡ Ἄρτεμις λέγεται· καὶ Χιτωνία, ὡς παρὰ Μενίππῳ (*) ὁ Βυζάντιος καὶ Ἐπίχαρμος ἐν Σφιγγί·

Καὶ τὸ τῆς Χιτωνόης αὐλασάτω τίς μοι μέλος.

Ita haec in cod. Vrat. scripta sunt. Vulgo τῆς χιτωνίης αὐλάσατο. Praeterea corrigendum τῆς Χιτωνέης sive potius τᾶς Χιτωνέας, quam formam praeter Athenaeum tuetur Hesychius, Κιθωνέα: ἐπίθετον Ἀρτέμιδος. Ubi fallitur Alberti Cithonem Dianam Hesychii errore pro Itonia memoratam existimans. Immo ut κιθών dicitur pro χιτών, ita etiam Κιθωνέα recte dici potuit pro Χιτωνέα, quod nomen ad ipsum illud χιτών revocandum est. Haud raro enim accidit, ut diis cognomina a vestimentis, quibus eorum imagines indutae erant, imponerentur. Ceterum hisce formae Χιτώνεος exemplis uti poterat Lobeckius ad Sophoclis Aiac. p. 119.

XIV p. 636 a. Διογένης ὁ τραγικὸς διαφέρειν πηκτίδα μαγάδιδος λέγων οὕτως ἐν τῇ Σεμέλῃ·

(*) Menippus illam Chitoneae Dianae saltationem in Symposio commemorare potuit, in quo ille de aliis quoque saltationum generibus egerat. Athenaeus l. l. καλεῖται δὲ καὶ ἄλλη ὄρχησις κόσμου ἐκπύρωσις, ἧς μνημονεύει Μένιππος ὁ κυνικὸς ἐν τῷ Συμποσίῳ. Ex quo corrige Hesychium, apud quem minus recte legitur κόσμου ἐμπύρωσις. Sed in Stephani loco, qui aperte corruptus est, egregie placet quod Salmasius legendum coniecit ὡς Παρμένων ὁ Βυζάντιος, de quo poeta dixi Curis crit. p. 23.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Καί τοι κλύω μὲν Ἀσιάδος (*) μιτρηφόρους
κυβέλας γυναῖκας παῖδας ὀλβίων Φρυγῶν κ. τ. λ.

Diogeni Sinopensi, cynico philosopho nobilissimo, Diogenes Laert. VI, 80. septem tragoedias tributas fuisse memoriae prodidit, easque hoc ordine recensuit: Ἑλένη, Θυέστης, Ἡρακλῆς, Ἀχιλλεύς, Μήδεια, Χρύσιππος, Οἰδίπους. Has tragoedias nunquam, ut mihi quidem videtur, in scena exhibitas atque ei tragoediarum generi, de quo Lobeckius Aglaoph. p. 977 exposuit, adnumerandas, Satyrus Philisco Aeginetae, Diogenis discipulo (**), Phavorinus autem Pasiphonti nescio cuius Luciani filio assignabat. Diog. Laert. l. l. εἴγε αὐτοῦ αἱ τραγῳδίαι καὶ μὴ Φιλίσκου τοῦ Αἰγινήτου ἐκείνου γνωρίμου ἢ Πασιφῶντος τοῦ Λουκιανοῦ, ὅν φησιν Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ συγγράψαι. Idem §. 80: τὰ τραγῳδάριά φησιν ὁ Σάτυρος Φιλίσκου εἶναι τοῦ Αἰγινήτου, γνωρίμου τοῦ Διογένους. Eundem dissensum commemorat Iulianus Orat. VI p. 210 c. τὰς ἀναφερομένας δὲ εἰς τὸν Διογένη τραγῳδίας, οὔσας μὲν καὶ ὁμολογουμένας κυνικοῦ τινος συγγράμματα, ἀμφισβητουμένας δὲ κατὰ τοῦτο μόνον, εἴτε τοῦ διδασκάλου τοῦ Διογένους εἰσίν, εἴτε τοῦ μαθητοῦ Φιλίσκου, τίς ἐπελθὼν (adde οὐκ ἂν) βδελύξαιτο καὶ νομίσαιτο (f. νομίσαι) ὑπερβολὴν ἀρρητουργίας οὐδὲ ταῖς ἑταίραις (***) ἀπολελεῖφθαι; Idem VI p. 186 c. αἴτε γὰρ θρυλούμεναι Διογένους τραγῳδίαι Φιλίσκου τινὸς Αἰγινήτου λέγονται εἶναι· καὶ εἰ Διογένους δὲ (add. δὴ) εἶεν, οὐδὲν ἄτοπόν ἐστι τὸν σοφὸν παίζειν. Quibus adde quae idem dicit Orat. VII p. 212 in. οὗτος οὖν ὁ Διογένης ὁποίος τις ἦν τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, μὴ διὰ τῶν Οἰνομάου λόγων μηδὲ τῶν Φιλίστου τραγῳδιῶν, αἷς ἐπιγράψας τὸ Διογένους ὄνομα τῆς θείας πολλά ποτε κατεψεύσατο κεφαλῆς, ἀλλὰ δι' ὧν ἔδρασεν ἔργων ὁποῖός τις ἦν γνωριζέσθω. Quae omnia si quis animo comprehendat, nihil his sive Diogenis sive Philisci tragoediis immundius, nihil cothurni sanctitate indignius fuisse intelliget. Atque idem etiam Clemens indicat Strom. II p. 177, 31 Sylb. τί γὰρ ἕτερον ἡ τρυφὴ ἡ φιλήδονος λιχνεία καὶ πλεονασμὸς περίεργος πρὸς ἡδυπάθειαν ἀνειμένων; ἐμφατικῶς Διογένης ἔν τινι τραγῳδίᾳ γράφει·

Οἱ τῆς ἀνάνδρου καὶ διεσκατωμένης
τρυφῆς ὑφ' ἡδοναῖσιν ἀχθέντες κέαρ
πονεῖν θέλοντες οὐδὲ βαιά —

(*) Malim Ἀσιάδας, ut voluit iam Dalecampius: nam κυβέλας adiectivum est.

(**) De Philisco Aegineta cfr. Naekii sched. crit. p. 25 sq. et Goellerum de Philisto hist. p. 114.

(***) Ita pro ἑτέραις correxit Menagius ad Diogenem Laert. l. l.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις, ὅσα αἰσχρῶς μὲν εἴρηται, ἐπαξίως δὲ τῶν φιληδόνων. Quorum versuum secundus ita scribendus est: τρυφῆς ὑφ' ἡδοναῖσι σαχθέντες κέαρ, cll. Cercida apud Stobaeum Flor. IV, 43. ἀνέρες ὧν τὸ κέαρ παλῷ σέσακται καὶ δυσεκνίπτῳ τρυγί. Quam alienae autem hae tragoediunculae a scenae dignitate fuerint vel ea docent quae e Thyesta commemoravit Diog. Laert. l. l. §. 73. μηδ' ἀνόσιον εἶναι τὸ καὶ τῶν ἀνθρωπείων κρεῶν ἅψασθαι, ὡς δῆλον ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἐθῶν· καὶ τῷδε (fort. τῷ) ὀρθῷ λόγῳ πάντα ἐν πᾶσι καὶ διὰ πάντων εἶναι λέγων. καὶ γὰρ ἐν τῷ ἄρτῳ κρέας εἶναι καὶ ἐν τῷ λαχάνῳ ἄρτον· καὶ τῶν σωμάτων τῶν λοιπῶν ἐν πᾶσι διά τινων ἀδήλων πόρων καὶ ὄγκων εἰσκρινομένων καὶ συνατμιζομένων, ὡς δῆλον ἐν τῷ Θυέστῃ ποιεῖ. Ex quibus intelligitur Diogenem Thyestae fabula ita usum esse, ut humanarum carnium esum defenderet. Eodem spectat Theoph. ad Autol. III, 4. πρὸς τούτοις ἀθεωτέρα τις φωνὴ εὑρίσκεται ἡ τοῦ Διογένους διδάσκοντος τὰ τέκνα τους ἑαυτῶν γονεῖς θυσίαν ἄγειν καὶ τούτους κατεσθίειν. His expositis Suidae locum expendamus, apud quem haec habes: Διογένης ἢ Οἰνόμαος, Ἀθηναῖος, τραγικός· γέγονεν ἐπὶ τῆς τῶν λ καταλύσεως. δράματα αὐτοῦ Ἀχιλλεύς, Ἑλένη, Ἡρακλῆς, Θυέστης, Μήδεια, Οἰδίπους, Χρύσιππος, Σεμέλη. Ubi aetatis notationem ab Eudocia omissam qui ineptissimum additamentum appellat Bernhardius, etiam de patria quae adduntur in dubium vocare debebat. At verissime sine dubio Suidas, nisi quod diversos Diogenes temere confudit, alterum cynicum cuius septem fabulas etiam a Laertio commemoratas recenset, alterum Atheniensem poetam tragicum, post solutam triginta dominationem clarum, cuius ex Semele quod Athenaeus affert fragmentum XIV p. 636 a. id ipsum est cuius partem supra apposui. Horum enim versuum ea est indoles, ut a foeda Diogenis cynici dictione longissime recedant. Neque omittendum apud Suidam Semeles nomen ceteris fabulis, quas litterarum ordine recensuit (*), postponi. Nimirum tribus auctoribus, ex quibus sua de Diogene tragico derivavit, Suidas usus est, primum anonymo, cui priora debet Διογένης — καταλύσεως, tum Diogene Laertio, ex quo fabularum titulos immutato ordine apposuit, denique Athenaeo, cui Semeles fabulae notitiam debet. Unum restat de quo aliquid dubitationis mihi subnatum est, dico Diogenis Atheniensis cognomen Οἰνόμαος, cuius dum quis probabilem rationem reddiderit, suspicari licet hac

(*) Idem fecit in recensu fabul. Aristoph. Cratet. Platon. Stratt. aliorumque plurium.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

etiam in re Suidam a recta ratione aberrasse. Nimirum Oenomaus Gadarenus et vitae genere et philosophiae professione et scriptorum indole et instituto Diogeni cynico extitit simillimus: uterque fuit cynicus, uterque scripsit Πολιτείαν, uterque denique cynicarum tragoediarum auctor habitus est. Iulianus l. l. p. 210. commemoratis Diogenis tragoediis ita pergit: ταῖς Οἰνομάου δὲ ἐντυχὼν (ἔγραψε γὰρ καὶ τραγῳδίας τοῖς λόγοις τοῖς ἑαυτοῦ παραπλησίας) ἀρρήτων ἀρρητότερα καὶ κακῶν πέρα, καὶ οὔτε (leg. οὐδὲ) ὅ τι φῶ περὶ αὐτῶν ἀξίως ἔχω, κἂν τὰ Μαγνήτων κακά, κἂν τὸ Τερμέριον, κἂν πᾶσαν ἁπλῶς αὐτοῖς ἐπιφθέγξωμαι τὴν τραγῳδίαν μετὰ τοῦ σατύρου καὶ τῆς κωμῳδίας καὶ τοῦ μίμου· οὕτω πᾶσα μὲν αἰσχρότης, πᾶσα δὲ ἀπόνοια πρὸς ὑπερβολὴν ἐν ἐκείνοις πεφιλοτέχνηται. Tam germano Diogenis simio non mirum est sive ab ipso sive ab aliis Diogenis cognomen fuisse impositum. Hoc Suidas arripuit, sed ita arripuit, ut solita ἀκρισία. rem inverteret atque Diogenem et Oenomaum eiusdem hominis nomen fuisse arbitraretur. De fabulis Diogenis cynici praeter ea quae ex Clemente attuli nil superest. Ad Herculem monente Fabric. B. G. II p. 294. spectat Tertull. Apol. 14. Sed et Diogenes nescio quid in Herculem ludit, et Romanus cynicus Varro trecentos Ioves sive Iupiteres sine capitibus introducit. Suspicari quidem possis quae apud Aelianum V. H. III, 29 leguntur: Διογένης ὁ Σινωπεὺς συνεχῶς ἐπέλεγεν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ὅτι τὰ ἐκ τῆς τραγῳδίας ἀρὰς αὐτὸς ἐκπληροῖ καὶ ὑπομένει· εἶναι γὰρ

πλάνης ἄοικος πατρίδος ἐστερημένος,
πτωχὸς δυσείμων βίον ἔχων ἐφήμερον,

ex ipsius Diogenis Oedipo petita esse, praesertim si compares Iulianum Orat. ad Themist. p. 256 d. ἢ τὸν Διογένους ἐκεῖνον „ἄπολιν ἄοικον πατρίδος ἐστερημένον," quo versu iterum ille utitur Orat. VI p. 195 b. ἆρά σοι μικρὰ φαίνεται ἀνὴρ „ἄπολις ἄοικος πατρίδος ἐστερημένος," οὐκ ὀβολόν, οὐ δραχμήν, οὐκ οἰκέτην ἔχων. Sed tamen incerta ea coniectura est, possuntque illa Iuliani verba, τὸν Διογένους ἐκεῖνον, satis commode in eam sententiam accipi, ut ille a Diogene multum celebratus intelligatur; nisi forte Διογένη scribendum est. Itaque Euripidi potius et quidem Oedipo eius illos versus adscripserim. Quae apud Stobaeum Flor. LXIV, 1. et LXXV, 1, 10. leguntur Diogenis fragmenta, non dubito quin sint Diogenis Atheniensis. De eodem Fabricius l. l. recte intellexit Plutarch. Aud. poet. p. 41 c. ubi obscurum dicendi genus, quo Diogenes usus est, a Melanthio, Diogenis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aemulo, notatur. Non recte enim istic Diogeni Dionysium substituit Xylander, quem imprudenter sequutus sum ad Euphor. Fr. CXI. Ceterum hunc de utriusque Diogenis tragoediis excursum diu ante Welckeri de eodem argumento disputationem (Trag. gr. p. 1035 sqq.) literis mandavi. Uter rectius causam disceptaverit penes lectores iudicium esto.

XIV p. 648 e. τὰ δὲ ψευδεπιχάρμεια ταῦτα ὅτι πεποιήκασιν ἄνδρες ἔνδοξοι, Χρυσόγονός τε ὁ αὐλητής, ὥς φησιν Ἀριστόξενος ἐν ὀγδόῳ πολιτικῶν νόμων, τὴν Πολιτείαν ἐπιγραφομένην..... Φιλόχορος δ' ἐν τοῖς περὶ μαντικῆς Ἀξιόπιστον, τὸν εἴτε Λοκρὸν γένος ἢ Σικυώνιον, τὸν Κανόνα καὶ τὰς Γνώμας πεποιηκέναι φησίν· ὁμοίως δὲ ἱστορεῖ καὶ Ἀπολλόδωρος. Posui lacunae signa in hanc fere sententiam explendae: καὶ ὁ δεῖνα τήν τε Ὀψοποιίαν καὶ τὸν Κανόνα καὶ τὰς Γνώμας. Inter Epicharmi fabulas quattuor spurias fuisse habitas constat ex Anonymo de Comoed. quem edidi Fragm. Com. graec. I p. 535: σώζεται αὐτοῦ δράματα μ, ὧν ἀντιλέγονται δ. Earum nomina fuerunt Πολιτεία, Κανών, Γνῶμαι, denique Ὀψοποιία, cuius memoriam unus servavit Antiattic. p. 99, 1. Ἡμίνα: ἐν τῇ ἀναφερομένῃ εἰς Ἐπίχαρμον Ὀψοποιίᾳ. Ex his quattuor fabulis seu potius carminibus Politiam Aristoxenus a Chrysogono, ceteras autem ab alio quodam, cuius nomen intercidit, compositas fuisse tradiderat, Philochoro Canonis et Gnomarum auctorem prodente Axiopistum.

XV p. 668 b. Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ ἀφροδισίαν εἴρηκε τὴν λάταγα· Ξανθὴ δ' ἀφροδισία λάταξ παισὶν ἐπεσκύπτει δόμοις. Pro παισίν sine dubio πᾶσιν scribendum. Id qui intellexit Toupius Emend. II p. 471 cetera ita constituit: ξενὴ δὲ κἀφροδισία λάταξ ἅπασι νῦν ἐπεισκύπτει δόμοις, ut cottabi lusus tanquam pestis omnes familias invasisse dicatur. In quo ille a sententia non minus quam a metro aberravit. Apertum enim est e glyconico carmine haec ducta esse, in quo pacis otiique commoda et gaudia celebrata esse suspicor. Docet hoc Hermippi locus, qui ingruentem belli tempestatem describens nullum iam cottabi lusum esse dicit, ῥαβδὸν δ' ὄψει τὴν κοτταβικὴν ἐν τοῖς ἀχύροισι κυλινδομένην, μανὴς δ' οὐδὲν λατάγων ἀΐει Com. graec. II p. 397. Comparandus item Euripides in Plisthene apud Athenaeum l. l. πολὺς δὲ κοσσάβων ἀραγμὸς Κύπριδος μελῳδὸν ἀχεῖ μέλος ἐν δόμοισιν. In verbo ἐπεισκύπτειν i. e. ἐπεισέρχεσθαι facile agnoscas vernilem sermonem Satyrorum.

XV p. 672 a. Τέναρος δὲ ἀγροίκων εἶναι λέγει στεφάνωμα τὴν λύγον. Huius scriptoris nomen Ταίναρος potius quam Τέναρος scribendum arbitror.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Mox litt. e. καὶ καλεῖσθαι Τόνεα τὴν ἑορτήν, ὅτι συντόνως συνέβη περιειληθῆναι τὸ βρέτας. Pro Τόνεα rectius scripseris Τόνεια. Pro συντόνως Dobraeus ἐν τόνοις. Malim τόνοις sine ἐν. Librario συντόνως scribenti obfuit vicinia sequentis vocabuli.

XV p. 672 b. Menodotus de templo Iunonis Samiae: ἐπιμεληθῆναι τοῦ ἱεροῦ τοῦ καὶ νῦν ὑπάρχοντος, πρότερον δὲ ὑπὸ Λελέγων καὶ Νυμφῶν καθιδρυμένου. Permirum est hoc templum a Lelegibus et Nymphis conditum dici, quamquam ipsam Samum ab Anacreonte Νυμφῶν πόλιν dici non ignoro. Scribendum videtur καὶ Μινυῶν, quos cum Lelegibus coniunctos memorat item Plutarchus Quaest. graec. p. 302 b.

XV p. 679 a. ἐπειδὴ οὖν ἤδη καὶ σὺ πεπλήρωσαι οὐ μόνον τῶν τοῦ γλαύκου κρανίων, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀειζώου βοτάνης, ἧς ὁ Ἀνθηδόνιος ἐκεῖνος δαίμων ἐμφορηθεὶς ἀθάνατος πάλιν ἤ τις γέγονε, λέγε ἡμῖν περὶ τοῦ προκειμένου. De herba, qua Glaucus Anthedonius immortalitatem consequutus esse ferebatur, dixi Analect. Alexandr. p. 238. Sed corruptissima verba πάλιν ἤ τις quomodo corrigenda sint difficile dictu est; interim vide ne ea ex ἀσπαλιευτής vel ἁλιευτής corrupta sint. Praeterea mutato verborum ordine scribendum videtur: ἧς ὁ Ἀνθηδόνιος ἐκεῖνος ἁλιευτὴς ἐμφορηθεὶς ἀθάνατος δαίμων γέγονε. Id enim dici debuit, Glaucum gustata herba ex piscatore immortalem factum esse.

XV p. 683 a. Νίκανδρος δ' ἐν δευτέρῳ Γεωργικῶν καταλέγων καὶ αὐτὸς στεφανωτικὰ ἄνθη καὶ περὶ τῶν Ἰάδων Νυμφῶν καὶ περὶ ῥόδων τάδε λέγει. Deinceps sequitur septuaginta duorum versuum ecloga multis illa quidem vitiis deformata, at quorum partem tamen tollere licebit. Vs. 7. λύθρον scribendum pro λῦθρον. Vs. 8. ἑσπέριος Νύμφαισιν Ἰαονίδεσσι νυχεύσων. Possis sane quod nuper coniectum memini Νύμφαις σὺν Ἰαονίδεσσι. Sed recte dici posse videtur νυχεύειν Νύμφαις, ut Hesiodus Theog. 212. dixit οὔ τινι κοιμηθεῖσα θεὰ τέκε Νὺξ ἐρεβεννή. Et quis nescit Homericum θεὰ βροτῷ εὐνηθεῖσα? Vs. 9 et 10. ita in libris scripti sunt:

αὐτὰρ ἀκανθοβόλοιο ῥόδου κατατέμνεο βλάστας,
τάφροις τ' ἐμπήξειας, ὁδὸν διπάλαιστα τελέσκων.

In his ὁδόν interpretantur de intervallo inter duos quosque rosarum surculos relinquendo. Id vero ὁδὸς dici non potuit. Scripsit poeta ὅσον διπάλαιστα τελέσκων. Sequentia egregie expedivit Schweighaeuserus. Odonia, quam a rosarum praestantia commendat poeta, omni florum genere abundasse, etiam illud indicio est, quod fuere qui Proserpinae raptum in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

loca illa transferrent, cuius rei testem habemus Appianum Bell. civ. IV, 105. Vs. 14 sqq. ita scribendi sunt:

δεύτερα Νισαίης Μεγαρηΐδος· οὐδὲ Φάσηλις,
οὐδ' αὖθ' ἡ Λεύκοφρυν ἀγασσαμένη ἐπιμεμφής,
Ληθαίου Μάγνητος ἐφ' ὕδασιν εὐθαλέουσα.

Id enim necessario dici debuit, primum locum Odonias rosas occupare, secundum Megaricas; at nec Phaselis, inquit, propter rosas spernenda est, nec quae in Lethaei Magnesii ripis condita est urbs florentissima, Dianae cultu nobilis, Λεύκοφρυν ἀγασσαμένη. Ita enim verissime neglectus a Dindorfio Schweighaeuserus correxit editum ἀγασσαμένης. De Magnesiae Dianae nomine Λεύκοφρυς vide Heynii Comment. Archaeol. I p. 109. Pro αὖθ' ἡ legebatur αὐτή. Praeivit Schweigh. qui αὖ ἡ. Vs. 22. δύο κροκόωντες ἐπιζυγέοντε κορύμβοις. Pro ἐπιζυγέοντε, quod nihil est, corrige aut ἐπιζυγέ' ὄντε ab ἐπιζυγής, aut ἐπίζυγες ὄντε ab ἐπίζυξ, quemadmodum μονόζυξ, ἄζυξ et similia dicuntur. Vs. 36 et 37 ita in libris scribuntur:

σὺν καί περ τοξία χροιῇ λυχνίς, οὐδὲ θρυαλλίς,
οὐδὲ μὲν ἀνθεμίδων κενεὴ γηρύσεται ἀκμή.

Ac γηρύσεται recte sine dubio in γηράσεται mutandum esse indicavit Dalecampius. Priora autem nescio an ita corrigi debeant, σὺν καί πέρ τ' ὀξεῖα χροῇ λυχνίς, simul etiam quantumvis igneo colore lychnis. Talis enim lychnidis color est; hinc Veneri Amorique sacra fuit. V. Anal. Alex. p. 25. De ὀξύς ad colorem translato vide v. 65. τηλόθεν ὀξυτέρῃσιν ἐφελκόμεναι χροιῇσιν. Cfr. Aristophanes Pac. 1173. φοινικίδ' ὀξεῖαν πάνυ, et Chaeremon apud Athen. XIII p. 608 f. τάδ' ὀξυφεγγῆ κρίνεσιν ἀργεννοῖς ὁμοῦ. Forma χροή Nicander usus etiam aliis locis, e. c. Alexiph. 407. Vs. 52. malim βαθεῖ ἐνὶ τεύχεϊ καρπόν, pro ἐν τεύχεϊ, qua forma non utuntur in hac versus sede poetae Alexandrini. Vs. 58. ἄσπορα ναομένοισι τόποις ἀνεθρέψατο λειμών. Libri νεομένοισι. Scribendum igitur ναιομένοισι, quae ionica forma est. Homerus Od. IX, 222. ναῖον δ' ὄρῳ ἄγγεα πάντα. Quod afferens Apollonius Lex. p. 114, 30. explicationis causa addit ἀντὶ τοῦ νεανικῶς. Scribendum ἀντὶ τοῦ νέον ἰακῶς. Cfr. Archestratus Athenaei IV p. 136 b. βούγλωσσόν θ' ὃς ἔναιεν ἐν ἅλμῃ μορμυρούσῃ, de quo supra p. 16 dictum est.

XV p. 695 a. In notissimo Callistrati scolio Ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω, ὥσπερ Ἁρμόδιος κ' Ἀριστογείτων, vix credibile est particulam καὶ elisionem passam esse, cuius rei unum tantummodo idque pessimi poetae,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Diogenis Laertii, exemplum habeo IV, 9, 66. χ' ὃ μὲν οὐδὲν ἔλασσον ἔβη κατὰ γῆς. Fortasse igitur Ἁρμόδιός τ' Ἀριστογείτων ϑ' scribendum.

XV p. 697 c. In cantilena Locrensi eos verum vidisse credo qui vs. 4. pro ἡμέρα καὶ ἤδη scribi volueruut ἡμέρα καὶ δή, quod qui eam ob causam sprevere, quoniam καὶ δὴ in fine sententiae poni non possit, immemores fuerunt, ut alia mittam, Aristophanis Pac. 942. ὁ γὰρ βωμὸς ϑύραζε καὶ δή et Sophoclis Oed. C. 173. ψαύω καὶ δή.

XV p. 698. E Polemonis decimo libro τῶν πρὸς Ἀδαῖον afferuntur Hegemonis Thasii versus:

λῆμμ' ἀνέπεισε γέροντα καὶ οὐκ ἐϑέλοντ' ἀναβῆναι
καὶ σπάνις, ἣ πολλοὺς Θασίων εἰς ὁλκάδα βάλλει
εὐκούρων βδελυρῶν ὀλλύντων τ' ὀλλυμένων τε
ἀνδρῶν, οἳ νῦν κεῖϑι κακῶς κακὰ ῥαψῳδοῦσιν.
οἷς καὶ ἐγὼ μετὰ τοῖσι τὰ χρηίζων ἐπίϑησα.

In his εὐκούρους Prellerus Polem. p. 77. explicat de hominibus delicatioribus. Non credo hoc probari posse, sed legendum suspicor οἰκουρῶν, ut paupertas Thasios otii et desidiae amantes ad navigationis necessitatem compellere dicatur. Ὀλλύντων τ' ὀλλυμένων τε sunt Homerica. Cfr. Plutarch. de an. et corp. aff. p. 502 a. συνέρρωγεν ὀλλύντων καὶ ὀλλυμένων. Alia indicavit Wyttenbach. Bibl. crit. II, 2. p. 66. Ultimum versum ingeniose Iacobsius ita refinxit: ὡς καὶ ἐγὼ μετὰ τοῖς σίτου χρήζων ἐποίησα. Sed sufficit opinor: οἷς καὶ ἐγὼ μέγα τοι σίτου χρήζων ἐπίϑησα. Ac fortasse etiam σῖτα servari potest.

XV p. 700 e. πρότερος δὲ τούτων Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι μέμνηται τοῦ πανοῦ ... ἐν ἴωνι. Haec ita redintegranda sunt τοῦ πανοῦ, μεϑ' ὃν Εὐριπίδης ἐν Ἴωνι. Euripidis locus est Ion. vs. 199. qui eadem voce usus est in Alcmena apud Polluc. X, 117. Cfr. Schol. Arist. Pac. 841.

Sed video me terminos huiuscemodi libellis positos iam egressum esse: itaque finem scribendi faciam, postquam eis quae p. 32. de Euripidis loco e Stheneboea disserui pauca addidero. Aptissimam enim in illo loco Cragi memoriam esse etiam ex eo intelligitur, quod in hoc ipso monte Bellerophon cum Chimaera depugnasse fertur. Strabo XIV p. 665. περὶ ταῦτα μυϑεύεται τὰ ὄρη (Cragum et Anticragum dicit) τὰ περὶ τῆς Χιμαίρας. Porro ταύτης spectat opinor ad praeruptam Chimaerae rupem, quam proxime a Crago abesse testatur idem Strabo l. l. ἔστι δ' οὐκ ἄπω-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

θεν καὶ ἡ Χίμαιρα φάραγξ ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ἀνατείνουσα. Schol. Hom. Il. VI, 181. ἔνιοι δὲ ὄρος εἶναι κατὰ Λυκίαν ὃ καλεῖται Χίμαιρα. τοῦτο δὲ κατὰ μέσον ἔχει ἀναφυσήματα πυρός, κατὰ δὲ τὰ ἄκρα πολύθηρον. Hactenus igitur bene omnia procedunt; at dubitationis aliquid relinquitur propter verbum ἵδρυται, quod de monte recte dici non potest. Itaque non montem Cragum, sed heroem, qui monti nomen dedit, intelligendum esse suspicor. Neque enim dubium esse potest, quin Cragus unus fuerit τῶν ἀγρίων θεῶν (*), quorum antra ex antiquis scriptoribus memorat Eustathius ad Dionys. Per. 847. ἐν τούτῳ δέ φασιν οἱ παλαιοὶ τῷ Κράγῳ θεῶν ἀγρίων ἄντρα εἶναι, et disertius Stephanus ex Alexandri Lyciacis s. v. Κράγος p. 475. Κράγος: ὄρος Λυκίας· Ἀλέξανδρος δευτέρῳ Λυκιακῶν· ἀπὸ Κράγου Τρεμίλητος υἱοῦ μητρὸς δὲ Πραξιδίκης νύμφης. ἐνταῦθα δ' εἶναι καὶ τὰ ἐπονομαζόμενα θεῶν ἀγρίων ἄντρα. ἀπαθανατισθῆναι γάρ φασι τοὺς περὶ τὸν Κράγον. Qui quod τοὺς περὶ τὸν Κράγον dicit, non circumlocutione uti putandus est, sed Cragum cum fratribus intellexit, quorum nomina habemus apud Panyasin in Heraclea Fr. XV p. 51. Tzsch.

Ἔνθα δ' ἔναιε μέγας Τρεμίλης (**) ὃς ἔγημε γυναῖκα
Ὠγυγίην νύμφην, ἣν Πραξιδίκην καλέουσιν.
τῆς δ' ὀλοοὶ παῖδες Τλῶος Ξάνθος Πίναρός τε
καὶ Κράγος, ὃς κρατέων πάσας ληίζετ' ἀρούρας.

Hi igitur sunt illi Lyciorum ἄγριοι θεοί, quorum nominibus quae sententia subiecta sit, non dubium esse potest reputantibus Lyciam antiquissimis temporibus infernis ignibus et ignivomorum montium eruptionibus fuisse conquassatam. Itaque Τλῶος, quod nomen notissimo paraschematismo pro Τρῶος a τρώειν perforare dictum est, ad montis foramina et fissuras referendum puto, e quibus Xanthus et Pinarus i. e. rutilescentes flammarum ignes et cinerum pumicumque squalores erumpunt. Cragus autem, ὃς πάσας ληίζετ' ἀρούρας, manifesto ad subterraneos fragores terraeque motus spectat; neque alio antiquissima Lyciae Lyciorumque nomina (Τρεμιλίς, Τρεμιλία, Τρεμιλεῖς, Τρεμίλαι et transpositis litteris Τερμίλαι) referenda sunt. Postea mu-

(*) Eos Lobeckius Aglaoph. p. 1186. non diversos putat a σκληροῖς θεοῖς Solymorum.

(**) Ita enim recte in Anal. Alex. p. 368. editum Τρέμιλος emendatum esse docent exempla genitivi Τρεμίλητος Stephano Byz. v. Κράγος et Τλῶς e codd. restituendi. Compara Μύνης Μύνου et Μύνητος, Κόμης Κόμου et Κόμητος, et alia eiusdem generis plura.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tata naturae facie terrae tremores igniumque infernalium eruptiones consopitae sunt: idque ipsum est, quod veteres Bellerophontis fabula, quem recte Hermannus Opusc. II p. 182 Aspricidam interpretatur, indicare voluerunt. Is enim Chimaera, qua ignivomum montem significari constat, devicta et Tremilae filiis in antra montium relegatis, incertum qua causa Lycios transnominavit qui ante a perpetuis terrae motibus Tremilae appellati sunt. Ea de re Alexandrum in Lyciacis exposuisse testatur Stephanus Byz. v. Τρεμίλη p. 716. Ἀλέξανδρος τετάρτῳ „τελευτήσας τάδε τοὺς Τρεμιλέας Λυκίους Βελλεροφόντης μετωνόμασεν." Ita enim haec scribenda sunt. Ceterum si recte Euripidis locum interpretatus sum, ἔνθηρος cum πόρος coniungendum, ἵδρυται autem eo quo non raro legitur significatu pro ᾤκισται accipiendum est.

CORRIGENDA.

P. 14, 10 corr. Astyanax et Antenor 18, 2 Hegesianactem 25, 12 sinuosi littoris epitheton. 28, 26 scribendum 29, 21 aptus 30, 34 id quo 48, 13 ἀκρισίᾳ rem Βογχορνίδος p. 36, 12 iam Dobraeus Adv. II. p. 333. Aphrodisium, de quo p. 39 dictum, portus nomen esse etiam Ulrichsium negasse audio. De Epicharmeis, quae passim tractavi, adeundus est locupletissimus Ahrensii liber de dial. Dorica.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf